DISPUTATIO POLITICA DE FOEDERIBUS QUAM DIVINA ANNUENTE GRATIA PRAESIDE...

Johann Ulrich Pregitzer, Gottfrid Vom Holtz, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

ILLUSTRIBUS, GENEROSIS,
ET NOBILISSIMIS

DN. DN. DN.

DIRECTORI, CONSILIARIIS, CÆTERISQUE

PATRIBUS CONSCRIPTIS, INCLUTI IMMEDIATIQUE EQUESTRIS ORDINIS SUEVICI, PARTIS COCHARICÆ: DN. PARENTI MEO FILIALI OBSEQUIO ÆTERNUM VENERANDO, RELIQUISQUE DOMINIS COGNATIS AC PATRONIS MEIS MAXIMIS.

L. M.q;

D. D. D.

obſervantiſſimus

GOTTFRID vom Holtz.

296.

I.

QUod Atticus vere orator, præcipuum inquit, Principis opus eſt, amicos parare; & ardens ille politicorum ignis (ut eum magnus Heinſius appellat) Nullum majus boni imperii inſtrumentum, quam boni amici. Experientia etiam edoctus Regum prudentiſſimus Micipſa, monet apud Hiſtoricorum πολιτικώτατον; Non exercitus neque theſauri præſidia regni ſunt, verum amici. Id pace tua, præceptorum politicorum Prome Conde, non tantum de Adjutoribus publicarum rerum domeſticis, Conſiliariis puta & Adminiſtris, quorum illi linguâ & mente inprimis, hi manu & factis juvant, intelligimus: verum etiam ad externos, qui ſocii & fœderati dicuntur, applicamus.

Plin. in paneg. c. 88. in fin. in Orat. funeb. Mauritii Naſſovii Tacitus l. 4. Hiſtor. 7. § 6. Sall in Iugurt. c. 10. Lipſ. 3. pol. 3. 8.

Non quidem cuiq; imperio detrahimus privatas has laudes, cum compertum ſit, omnia regna, civitates, nationes usq; eò proſperum habuiſſe imperium, dum apud eos vera conſilia valuerint, ubicunque gratia, timor, voluptas ea corrupere, poſt paulo imminutas opes, dein ademptum imperium, poſtremo ſervitutem impoſitam eſſe: & quantum referat fidos habere adminiſtros ex Lampridio ſciamus, quando, Meliorem, ait, eſſe Rempubl. & prope tutiorem, in qua Princeps malus ſit, eâ, in qua mali Principis Miniſtri.

Saluſt. ad Cæſ. Or. 2.

Tantum porro abeſt, ut penetrantia maxime auxilia, numos & arma ſpernamus; ut potius iſtos imperii nervos ſine quibus pulcherrima compages diſſolvetur; Hæc regni propugnacula, ab infenſorum incurſionibus munimina, ſine quibus domi hoſtem inveniet, judicemus. Etenim nihil tam munitum, quod non expugnari pecuniâ poſſit: Omnia caſtella hæc machina dejiciet, in quæ modo aſellus onuſtus auro poſſit aſcendere: Nec Majeſtas tuta ſine viribus eſt, aut ignaviâ magna imperia continentur, ſed virorum armorumq; faciendum certamen eſt.

Liv. 30. 44. 6 Cic. 1. Verr. c. 2. in med. Cicer. 1. ad Attic ep. 12. Liv. lib. 2. cap. 55. Tacit. Anal. 15. 1. §. 5. Lipſ. lib. 4. polit. c. 9. ſparſim.

Verum nemo nobis vitio vertet,opinor, ſi his omnibus præferamus ſocietates, quas amica confœderatione conjuncti diverſorum imperiorum rerumq; publicarum Principes & Optimates,ſancte colendas atq; obſervandas ducunt maxime eſſe neceſſarium: cum nulla inveniatur Reſpubl. tam dives auro, tam potens armis, tam intra ſe conſiliorum prudentia prædita, adjutorum fide munita, quæ debilitatem ſuam non habeat [uti loquitur Magnif. Dn. Nicolaus Mylerus, non Würtembergici tantum, nec imperii ſolum Romani, ſed omnis ſapientiæ publicæ peritiſſimus, Fautor meus multis mihi nominibus venerandus, in ſuccincta adde & ſucculenta delineatione, de præcipuis jurib. Principum & Stat. Imperii Romano-Germanici] & facile,niſi remedia huic morbo quærantur,converti evertiq; poſſit.

Cap. 17. p. 150. edit. nov.

II.

Quemadmodum autem Medici eſt,non adducere ægritudinem, verum ſalutaribus remediis impedire æſtum, & cognitâ causâ, malorum radicem evellere, non tantum corpus ſanum in vigore atq; incolumitate conſervare: ſic qui rerum gubernacula gerunt, non tantum in Republ. fundanda & augenda, verum etiam conſervanda occupantur, præſertim cum majoris molis ſit reſtaurare atque ſtabilire afflictam,quam collocare & fundare,& ut floridus ſcriptor: difficilius ſit provincias obtinere quam facere, unde contra converſionem ingruentem medicamenta invenire, morbiq; augmenta impedire ſtudebit Princeps.

Lipſ 4. polit. 9. 6.7.& ſeqq. Flor. lib. 4. c. ult. n. 3.

Id quod facile impetrabit, ſi ſolicitus cauſarum argutator eſt. Neq; enim difficile eſt adhibere remedia, ſi morbi naturam cognoſcas: contra: nullis herbarum viribus vitam reducet ipſe Mercurius, ſi extremus naturalium fatorum terminus inſtet. Pari ratione omnino etiam cum imperiorum viciſſitudinibus comparatum eſt, quæ, cum uti hominum vita, ſuam adoleſcentiam, juventutem, ætatis florem, & ſenectam agnoſcant, & ſicut res omnes in circulo verſentur; (nam, teſte Seneca, nihil ſtabile, tam hominum, quam urbium fata volvuntur:) nulla prudentia retrahes ſpiritum amiſſum, ſi vel Orphei lyra conciliare velles ſolutam animam cum tanto corporis monſtro.

Epiſt. 19.

Ubi vero fatorum neceſſitas imperiis nondum ultimum vale præſcripſit,

ſcripſit, & vis vel externa vel interna, ſtabilitatibus, eorum obſit, quin ſalubriter imò & feliciter adhibeas medicum, obſtat nihil, qui interno furori, maturo occurrat conſilio, turbida prudenter diſponat, impendentia caute avertat, infecta paulatim corrigat, & turbulentorum potentiam viriliter frangat.

Externis malis vi obſtandum, quæ in potentia conſiſtit bellorum & fœderum. Non enim noſtrum ſemper eſt (dicam & nunquam) imminens periculum à capitibus civium proprio marte repellere. Magnus nodus cum diſſentiant inter ſe vicini duo potentes, qui nec vincere, nec vinci ſine periculo tuo poſſunt. Quid feceris? non enim effugies, quin alterum aut ſocium habeas aut hoſtem. Socios legi ſuadeam, & fœdera pangere: hæc erunt arietes, quibus pravæ actiones, conſilia callida, & nefarii conatus improborum deſtruentur: hæc erunt ſcuta, quæ adverſariorum tela, in fortunas, incolumitatem, ſalutem civium tuorum directa, ſuo cum fortunarum diſcrimine, excipient non tam fortiter, quam libenter: hæc erunt indiſſolubile vinculum, ſine quo dilacerabitur, quicquid contortum eſt & implexum in hac ſocietatis ſtructura. Lipſ cit. loc. Salluſt. 4. Hiſtor. 2. 14.

III.

Unde ea, ſi antiquitatem ſpectes, extitiſſe cum Rebusp. ſi utilitatem, firmare imperia, ſi jucunditatem, amicitias, quibus nihil ſuaviùs excogitari poteſt, conciliare, augere, promovere, omnibus eſt perſuaſiſſimum. Quid multis? quod arteriæ ſunt & nervi in humano corpore, hoc ſunt fœdera in vita civili. Quorum præſtantia, cum ſit tanta, quanta vix alia rerum ad ſocietates civiles pertinentium, conſtitui mecum ſtudio politico deditus, pro ratione ætatis atque judicii mei, nulla vana ductus ambitione, prima ſaltem tantæ materiæ libamenta guſtare, decerpere ac proponere. Quodſi & hoc non aſſequor, ignoſces Lector amice & magnis cum hoc tempore exciderim auſis, facile pro æquitate tua condonabis.

IV.

Vocabulum ſive per œ ſive per e ſimplex ſcribatur, & vel deſcendat à feriendo, vel à fœde cadendo, vel à fecialibus, vel, quod Ennio apud Varronem placuit & nobis optimum videtur (ſcripſerat

enim fidus pro fœdus) à ſide, quod maxima in fœdere interponebatur fides; nos nihil curamus, & aut confœderationem aut latioribus terminis ſocietatem, pactum, amicitiam appelles, aut barbaris vocibus correſpondentiam, ligam, unionem, aut denique Germanice, Bund/Bündnuß/Verbündnuß/Einigung/Gelübde/ ſi rem noſtram intelligas, nobis perinde eſt. Non argutabimur in vocabulis, de re ubi conſtat.

At vero non intelligimus cujusq; privatæ neceſſitudinis vinculum, quemadmodum Poëticum ſine ſcopulis flumen Ovidius inquit,

Lib. 1. triſt. eleg. 6. *Fœdus amicitiæ non vis chariſſime noſtra?*

Nec pro conjugali ſumimus nexu, ut rapidus vortex Lucanus, quando

——— ——— *da fœdera lecti.*

illibata thori ——— ———

& Lyricorum Princeps Horatius inquit

Lib 7. carm. od. 24.

Dos eſt magna parentium
Virtus & metuens alterius Viri
certo fœdere caſtitas.

prout in hac ſignificatione accipitur etiam ab Impp. Conſtantino & Conſtantio in l. 7. C. de revoc. donat. aut deniq; quod alibi Poeta, pro lege accipit, ubi ſcripſerat

——— *Regemq́; dedit qui fœdere certo* (i.e. certis legibus)
Et premere & laxas ſciret dare juſſus habenas.

Sed pro conventione publica, inter perſonas publicas, de re publica, ad utilitatem publicam.

V.

Sicq; fere omnes vel conventiones vel pactum publicum ſtatuunt: quocunque enim vocabulo loco generis utaris, nihil refert, cum & hæc vocabula apud ipſos etiam JCtos promiſcue ſumantur, & exactæ definitiones tam in jure publico, quam privato, vix dari poſſint. (L. 1. §. 3. de pact.)

Dn. Brautlacht in libello, pulcherrima methodo conſcripto, de jure publico definit pactum publicum, inter Reges, Principes, aut liberas civitates de mutuis auxiliis aut alia quapiam re ſibi præſtanda ſolenniter conventum. arg. l. 5. ff. de pact. vel quo Principes ſeſe mu-

tuo obligant, ſolenniter ad amicitiam colendam, fidem præſtandam, auxilia mutua, & hoſtes communes habendos. Verum quia imperii ſaltē Romani, & præſertim hodierni, jura moresq; publicos delineat, applicando generalem definitionem unicæ ſed ſupremæ in orbe terrarum Reipubl. latiorem nos exigimus & generaliorem.

Rectiſſime itaq; Dn. Cellarius noſter, fœdus dicit conventionē publicam, inter eos, qui ſummam habent majeſtatem, aut minimum hoc majeſtatis jus, ſi addat: ſolenniter initam, amicitiæ conſtituendæ cauſa, per mutuam fidei obligationem, ob ſalutem utrinq; publicam, omni jure approbatam, Gentium vero moribus introductam. Nam quod Schopperus exactam definitionem daturus; *ob auxilia publica præſtanda*, loco: *amicitiæ conſtituendæ cauſa*, poſuit, illud non eſt in omni fœdere. In omni fœdere eſt amicitia, non vero auxilium mutuum, & amicitia iſta etiam poteſt conſiſtere in negatione, ne noceat, fœderatus, aut ne alios juvet, ut detrimenti exinde quid capiat alterius Reſpubl. non ut ſemper hoſtes communes habeat, quæ verba, ut & omnia definitionis membra, ſuo quælibet loco declaraturi ſumus. In peculiari diſp. de fœd.

VI.

Nunc quod diximus ſuperius, quocunq; vocabulo utaris, ſive conventione ſive pacto, (adde & pactione) nobis placere. Non ita rigidi ſumus verborum. Nam juxta JCtos pactum alias à pactione deſcendit (docente Ulpiano) obſervato rerum ordine, non Grammaticorum regulis. Et ſtricte pactio eſt ipſe actus conveniendi, pactum effectus; ſed ut ſæpenumero cauſa & effectus confunduntur, ſic his vocabulis promiſcue uſi ſunt Doctores. l.7. §. ſed cum nulla. 4. de pact. Cuno lib.3. de pact. Weſemb. ff. de pact. n.2.

Utimur etiam vocabulo pacti late, quatenus ſumitur pro omni conventione, non ſtricte (aliàs non reciprocaretur cum vocabulo conventionis) quatenus eſt ſpecies conventionis, & dicitur ſæpius pactum nudum. Quanquam multi JCtorum & ex his Alber. de Balog. cum aliquot ſeqq. citante Cunone & ipſo conſentiente ſtatuant: communiter receptum vidiſſe, pacti nomen ſimpliciter prolatum de nudo pacto ſive pacto in ſpecie intellectū: quæ ſententia quibuſdam ita pla- de V.O. c 5. num. 8.

ita placuit, ut hanc ſpecialem pacti ſignificationem propriam eſſe, illā vero, qua generaliter de omnibus contractibus ſumitur, impropriam dixerint, à quibus tamen rectiſſime diſſentit laudatus Alber. de Balog. Neque novum eſt, ut aliquod verbum poſſit habere, & generalem & ſpecialem ſignificationem, quarum utraq; ſit propria.

de V. S. c. 5. num. 19. Cunol. 1. c. 1. §. 14. de pact.

VII.

Cuicunq; competit definitum eidem etiam competit definitio, regula eſt topica: item quicquid dicitur de genere, dicetur etiam de inferioribus ſub genere iſto comprehenſis: quæ applicatæ, inferunt omnia de fœdere dici poſſe, quæ dicuntur de pacto publico ratione notionis genericæ, ergo ipſa pactorum natura applicari poteſt fœderibus. Deſcribit autem eam Ulpianus, quod ſit duorum pluriumve in idem placitum conſenſus. Quam explicat Excell. Dn. Lauterbach, Patronus noſter multis nominibus colendus, qui vivat magno rei literariæ bono quam diutiſſime, ut vox placiti intelligatur, pro ſubjecta materia, & reſtringenda ſit ad id, quod fit de aliquo præſtando. Unde ex Dn. Franzkio ſubſtituit; Pactionem eſſe de aliquo præſtando conſenſionem; neq; opus eſſe ait, ut adjiciantur verba: *Duorum pluriumve*, quia ad conſenſionem neceſſariò duo pluresve requiruntur. Præſtandi deniq; verbum diſtinguit in ſtrictam ſignifiationem & latam, quarum illa verbis dandi & faciendi opponitur ut in l. 2. pr. d. V. O. hæc vero τὸ dare & facere, imô & non dare comprehendit, quæ etiam ſignificatio noſtra eſt, cum novum non ſit, ut verbum affirmative poſitum, idem etiam negative denotet. arg. §. fin. I. de V. O. ubi facti appellatione venit etiam non factum. Franz. h. t. n. 5.

In coll. pād. mſ. ad tit. de pact.

Hanc generalem deſcriptionem, quam non ſumus examinaturi, ſed tanquam pro hypotheſi poſituri, (de eo enim laborabunt JCti) reſtringendam puto ad fœderum naturam, ſi dicamus, ea conſenſionem publicam, adde ſi placet, duorum pluriumve, ſummam majeſtatem ſive hoc majeſtatis jus habentium, de præſtanda amictia, vel non præſtando odio.

VIII.

Quid autem ſit pactum publicum, & quas ſpecies ſub ſe comprehendat,

prehendat, & quomodo diſtinguatur à privato, brevibus attingere non tam placet, quam eſt neceſſe. Vocabulum quidem à ſua liberare ambiguitate, non eſt difficile, nam ex derivatione conſtat, publicum idem eſſe, quod totius populi commune, quaſi populicum: licet ea ſola proprie dicantur publica, quæ ſunt populi Romani & applicentur.

I. Ipsi Juri, unde jus publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Jus contra privatum, quod ad ſingulorum utilitatem pertinet, intellige utrumq; principaliter & directò: nam aliàs per conſequentiam, publice utilia, privatim quoq; utilia ſunt, & vice verſa. Quæ jura quamvis eadem habeant principia, & collecta ſint ex juribus gentium naturalibus & civilibus, differunt tamen objecto & fine. Objectum enim illius eſt ipſa conſtitutio Reipublicæ, quæ conſiſtit in ſacris, ſacerdotibus & Magiſtratibus conſtituendis: hujus, res ſingularum perſonarum, quatenus actionibus ex vindicari poſſunt, & ſic illud conſervat totum complexum civitatis: hoc, jus quod quisq; vel in re, vel ad rem habet: illud utilitatem omnino publicam, hoc privatam reſpicit.

l. 1. §. 1. ff. de I. & I. l. un. §. 14. C. de cad. toll. l. 1. ſol. matr. § f. I. de his qui ſunt ſui vel al. jur. Dn. Ludvv. exerc. 1. th. 6. lit. d.

II. Personis, ut publicæ perſonæ ſint vel principales, nullum agnoſcentes ſuperiorem, vel adminiſtrantes; ut ſunt vel digniores, ſc. Magiſtratus vel minus digni, ut Officiales, tabellarii. Hæ vero publicæ perſonæ dicebantur, quarum uſus fuit in Republ. conſtituenda & conſervanda: quod earum fides publice ſpectata eſſet, aliàs in tabellionum album non redigebantur, vel ſervi publici quod omnibus ſervire tenerentur.

§. pen. I. de Attil. tut. l. 30. C. de Epiſcop. & cler. l. 18 ff. de adopt. Aldobrandin ad § cũ autem I. de adopt.

III. Rebus, ex quibus iterum Reſpublica 1. eſt ordo totius civitatis. 2. una pars ex differentiis rerum, quas Juſtinianus tradit. J. tit. de R. D. quando omnes res ſunt vel juris divini, vel humani. Humani ſunt vel publicæ res vel privatæ: privatæ ſunt, quæ ſingulorum ſunt in bonis, tam quoad proprietatem, quam quoad uſum, modo aliquo ad dominium transferendum habili legitime adquiſitæ.

Publicæ ſunt, vel late ſumpto vocabulo, res communes, quarum uſus omnibus patet. 2. proprietas nullius eſt 3. ita ut ne in

tantum

tantum alicujus, fieri poſſint. 4. per partes tamen, & individuæ adquirantur, inter quas recenſet JCtus aquam profluentem, litus maris, lapillos, gemmas, feras beſtias, &c. 2. res in ſpecie publicæ vel jure gentium, quæ quoad proprietatem ſunt alicujus populi, quoad uſum

l.17. de V.S. ſunt omnium, ut flumina, vel jure civili, ut ſunt res univerſitatis. 1. quibus ſinguli cives non utuntur, ſed quæ in uſus neceſſarios, & in fiſcum Reipubl. colliguntur, ut reditus publici. 2. quibus ſinguli utuntur cives, vel ad voluptatem, ut theatra, vel ad corporis utilitatem, ut balnea, vel ad pecorum commodum, ut paſcua, &c.

Applicando hæc ad fœdera, miſſis reliquis, quas longe plures habet, ſignificationibus, publicum oppono privato, ratione Subjecti, quod ſit perſona publica talis, quæ nullum ſuperiorem agnoſcit, vel jus pangendi fœdera communicatum habet, vel minimum exercitium hujus juris 2. Ratione objecti, quod hæc conventio non ſit de rebus privatis, ut ſingulorum quorundam contractus, & alia pacta ſingulorum. 3. Ratione ipſius juris, quod non alligatæ ſint regulis & præceptis juris civilis, niſi per accidens. 4. Ratione finis, quod ſemper primario intendant utilitatem publicam.

IX.

Conventio autem publica quid ſit, non eadem omnium mens eſt.

In l. 5. ff. de pact. Fundamentum proponit Ulpianus, cujus verba hæc ſunt: *Conventionum tres ſunt ſpecies, aut enim ex cauſa publica fiunt, aut ex privata: privata aut legitima, aut juris gentium. Publica conventio eſt, quæ fit per pacem quoties inter ſe duces belli paciſcuntur.*

In qua lege 1. ipſa diſtinctio. 2. explicatio conventionis publicæ notari debet. Prius quod attinet, Antonius Delrio in miſcellaneis, quatuor conventionum ſpecies hic putat enarrari, quarum aliæ ſint publicæ, aliæ privatæ, aliæ porro legitimæ, aliæ juris gentium. Rævardus textui emendando incumbens, reliquis omiſſis hæc ſaltem legit verba. Conventionum tres ſunt ſpecies: aut enim ex publica cauſa fiunt, aut ex privata, aut legitima. Neſcio an ſint, qui malint conventiones diſtinctas primo in conventiones juris gentium & civilis: Juris gentium iterum in publicas & privatas.

Hoc certum eſt omnium fere calculo errare ambos. Nulla enim

300

enim directa quatuor harum ſpecierum oppoſitio eſt, nec emendatione ulla eget lex clariſſima. Cum 1. privata nullo modo opponatur legitimæ conventioni. 2. vitioſe omnes conventiones juri gentium adjudicentur. Legitimas conventiones, quia habent conſenſum ad jus gentium referri poſſe, in propatulo eſt; verum, quia formam iis & robur addit, aſſiſtitque authoritate ſua jus civile, exemptæ ſunt per hæc naturæ nudorum pactorum, uti probatur ex l. 7. de pact. & apertius ex l. 5. in fin. de I. & I. plura vide apud Bachov. ad h. l. 5. Optime igitur Dn. Hahn. cum Weſembecio ſummam diviſionem ſtatuit conventionum, in publicas & privatas, quæ ipſis vel juris gent. ſunt, vel legitimæ. Juris gentium vel nominatæ, vel innominatæ, quæ iterum vel cauſam habent, & dicuntur contractus innominati, vel in nuda æquitate conventionis conſiſtunt, & dicuntur pacta nuda. Vitium tamen videtur hujus diviſionis eſſe duplex 1. cum dicit tres eſſe ſpecies, & duas ponit; alterum, cum diſtinguit privatam ſaltem conventionem in legitimam, & juris gentium, quaſi publicæ non eſſent juris gentium. Verum, ſi diviſionem juxta Logicos tradere velis, duas ſpecies habent, ſi ſubdiviſionem ſimul numeres, tres; & hæc minuta non curat JCtus. Deinde utitur in ſubdiviſione vocabulo juris gentium JCtus ſpecialius, eſtq; in eo excuſandus; quia conventio publica non poteſt dividi in legitimam & juris gentium, quam diviſionem admittit privata, vide Bachov. loc. cit.

X.

Rectiſſime Weſembec. ſecernit pacta publica à pactis privatorum, ea ratione, quâ jus publicum à privato. In publicis autem inſpicitur, non tam quid receptum ſit jure gentium, aut legibus, quam quid neceſſitas & uſus Reipubl. poſtulet. Latius, & ad rem noſtram convenienter Connanus tentat dicere, *in publicâ conventione, nec juris gent. nec juris civilis rationem attendi, quod communis utilitatis gratia à jure gentium recedendum ſit nonnunquam, à legibus vero ſæpiſſime. Quæ enim de ſingulorum contractibus ſcita ſunt in populis, & quæ omnium hominum moribus ea de re obſervantur, immutantur plerumq; commodo Reipublicæ, cujus utilitas omnibus omnium utilitatibus antecedit: ut ſeparatam quandam rationem obtinere videatur à jure naturæ & civili:* Lib. 5. jur. civ. c. 1. §. 12.

& civili: & tamen utriusq; ſit ita particeps, ut utriq; repugnet aliqua in parte: ſane neutrius ſe legibus adſtringat: ſed hoc unum ſpectet, quid publice interſit, quid expediat. **Recte enim Cicero de Legibus:** *Salus populi, ſuprema lex eſto, hoc eſt, nihil ſit illa prius, nihil antiquius, ſed ad eam leges omnes, ſcita omnia & ſenatusconſulta referantur. Quare conventio publica tantum valere debet ipſa ſuis viribus, ut non ad Iuris gentium, aut civilis regulas dirigenda ſit, ſed ad id omnino, quod univerſis, proſit & expediat: merito neutri illorum eſt attribuenda, ſed ex ſe genus unum conventionis debet facere, ab illis ſecretum & diſtinctum. Praterea cum non alio modo fieri queat, quam qui legibus publicis eſt deſcriptus, leges autem ea non teneant externos, quod cum illis geritur, neq; civile dici poteſt. quòd nulla ſit civis hujus ſociatio cum hoſtibus & peregrinis, neq; tamen juris gentium, quod ex praſcripto legum ſit factum. Sic tertia quadam eſt ſpecies ex illis duabus conflata & conſtituta. Nam qua principis ſit cum ſuis pactio, ad privatarum rationem accomodari debet: ut fruſtra hic nonnulli, & ſane quidem non ſatis apte quaſtionem de his afferant. Eſt enim hic Vlpiano conventio publica, qua ad univerſorum ſit ſalutem & utilitatem: qua locum habere non poteſt, niſi cum externis & alienis populis ineatur, ut cum princeps, aut conſenſu & authoritate duces belli conſtituunt pacem, aut inducias, aut quid ejusmodi, quod ad totius regni dignitatem commoditatemq; pertineat.* Et paulo poſt. *Sed difficile eſt in conventionibus publicis omnes aquitatis numeros obſervare, ſeu jus gentium ſpectes, ſeu civile: ſed eſt plerumq;, cum ab utroq; longe lateq; recedunt, & tamen habent ſuam quandam propriam aquitatem & juſtitiam, qua ſe tueantur & defendant.*

Quæ verba ſi ſano accipiantur ſenſu ad mentem ſunt Ulpiani de qua, ut poſterius attingamus, ſed attingamus ſaltem: veriſſimum eſt in ultimis legis verbis eum noluiſſe definire conventiones publicas, ſed exempla quædam proponere. Utrum autem legendum ſit: conventio publica eſt, quæ fit per pacem, an quæ fit per principem, uti Bacchov. vult, ipſi diſputent. Nobis hic nihil ſeritur nec metitur: modo intelligatur, ut facit, Princeps, qua talis, veluti cum pacem aut fœdera ſancit. Cæteroquin veriſſimum eſt,

301.

eſt, quod vulgo jactatur, Principem in contrahendo, vel cum alio principe, vel cum univerſitate, vel cum privatis externis, vel ſubditis privatis, uti jure privatorum.

X I.

Quid ſit conventio publica notum eſt: ſpecies Hugo Grotius tres recenſet: Sponſiones, Fœdera & alias Pactiones: quibus addit Tholoſan. Inducias: plures autem eſſe, cum ex ipſis Hugonis verbis, quibus alias pactiones indiſtincte refert, innoteſcat, non negabimus. Differunt inter ſe juxta Gregorium, formitate, forma & tempore; ex verbis Livii multis fœdus negatum, induciæ datæ, ut Samnitibus, pax Candina non fœdere, ſed per ſponſionem facta eſt: qua fœdus non poterat fieri ſine fecialibus, ceremoniaque ſolenni: Fœdus firmius erat pactione, pactio ſtabilior ſponſione, minor & induciis. Fœdus juſſu populi auctoritateque ſenatus fiebat in libera Republ. neque ad tempus, ſed in perpetuum, neque per ſponſores datis obſidibus, ſed per fecialem populi Romani publicum nuncium, addito patre patrato. l. 2. c. 15. de 3. B. & P. l. 11. c. 12.

Hugo Grotius ipſum etiam fœderum diſcrimen à ſponſionibus deſumit ex eo, quod fœdera fiebant juſſu ſummæ poteſtatis, & in quibus ipſe populus iræ divinæ obſtringebatur, ſi minus ſtetur dictis, ſponſio autem eſt ipſi, ubi hi qui à poteſtate ſumma mandatum ejus rei non habent, aliquid promittunt, quod illam proprie tangit: quod princeps aut populus non tenebatur ſequi, ſed liberabatur ab ejus vinculo, modo dederet hoſtibus eos qui ſua auctoritate ſpoponderant, quemadmodum Numantinis deditus eſt Grachus, quibuſcum ſine ſenatus auctoritate fœdus icerat. Et M. Clodium Senatus Corſis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit: quem ab hoſtibus non acceptum in publica cuſtodia necari juſſit, *& ſemel læſa majeſtate factum ejus reſcidit, libertatem ademit, ſpiritum extinxit, corpus contumelia carceris & deteſtanda Gemoniarum ſcalarum nota fœdavit.* Quod exemplum in catalogum ſeveritatis cum inſeruit Valer. Max. quæritur Utrum obligata ſit ſumma poteſtas: & ſi negatur ad quid teneatur ſponſor? ad primum reſpondetur, Principem, vel qui ſummam Majeſtatem habent, aut ſciviſſe & Cic 3 offic. lib. 6. cap. 3. Exemp 3.

 tacu-

taciuiſſe, aut inſciis & invitis ipſis eſſe ſponſionem factam: poſteriori caſu plane non obligantur: priori videndum, an pura ſit facta ſponſio, an ſub conditione: ſi rata haberetur à ſumma poteſtate. Hac ratione, non impleta conditione, nulla ſponſio eſt: illâ, videndum an nudum fuerit ſilentium, an vero præter ſilentium res aliqua acceſſerit aut factum aliquod: nudum ſilentium, non ſatis probabilem voluntatis conjecturam ſuppeditat, factum vero vel res ſi acceſſit, quæ ad aliam cauſam probabiliter referri nequit, probabile eſt, acta rata eſſe habita, ſummamque poteſtatem eo nomine teneri.

Hugo Grot. loc. cit.

XII.

Si contra improbetur à Rege aut civitate Sponſio, in quid tenentur Sponſores? an ad id quod intereſt? an ad reſtituendam rem in eum ſtatum, in quo erat ante ſponſionem? an ad corpus dedendum? Hugo noſter priorem ſententiam ait eſſe juri civili convenientem, alteram æquitati, tertiam uſu probari, & in Caudina quidem controverſia L. Livius & Q. Melius tribuni pleb. mediam urgebant, Poſthumius ultimam. Res ita ſe habet. Imper. Roman. Spurius Poſthumuis, bello cum Samnitibus geſto, multorum conſilio, ſuaque autoritate, exercitum in locum deducens iniquiſſimum, ubi nulla evadendi ſpes appareret, ſed fame pereundum foret, tandem miſeria militis motus, fœdum percuſſit pacis cum Cajo Pontio Herennio Samnitum duce, fœdus, quo datis DC. obſidibus equitibus Romanis trucidandis, nî ſtaretur pactis. Duces, Milites, quoquisque dignitate proximus, ignominioſe ſub jugum ſunt traducti. Unde cum de ea referretur apud Senatum, juſſus dicere Poſthumius, ſe ipſum fere accuſavit reum infelicis belli, & ignominioſæ pacis, lata ſententia, quod quia injuſſu populi facta eſſet ſponſio, non teneretur populus Roman. nec quicquam ex ea, niſi corpora Sponſorum. *Dedamur*, inquit, *per feciales, nudi, vinctique exolvamus religione populum, ſi qua obligavimus, nequid divini humanique obſtet, quo minus juſtum piumque de integro ineatur bellum.* Cui ſententiæ cum intercederent L. Livius & Q. Melius tribuni pleb, & neque exolvi religione populum dicerent dedi-

deditione ſuâ, niſi omnia Samnitibus, qualia apud Claudium fuiſſent, reſtituerentur: Imper. Poſthumius *injuſſu* ait *populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat. An ſi ſana mens fuiſſet Samnitibus, difficile illis fuit mittere Romam Legatos cum Senatu, cum populo de fœdere agere?* & paulo poſt, *quid enim vobiſcum, P. C. quid cum pop. Rom. actum eſt? Quis vos appellare poteſt? quis ſe à vobis dicere deceptum? hoſtis. an civis? Hoſti nihil ſpopondiſtis: civem neminem ſpondere pro vobis juſſiſtis. Nihil ergo vobis nec nobiſcum eſt, quibus nihil mandaſtis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis. Samnitibus Sponſores nos ſumus rei. ſatis locupletes in id, quod noſtrum eſt, in id, quod præſtare poſſumus, corpora noſtra, & animos, in hæc ſæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant.*

XIII.

Poſthumius itaque corpora tradenda: Tribuni plebis omnia, quemadmodum ante pacem conſtituta erant, in integrum reſtituenda voluerunt: Populus autem Romanus prius adprobavit & decrevit: traditi fuere omnes ſponſores, ſed non accepti: obſervatum enim eſt, tales dedititios nunquam receptos ab hoſtibus, quod ea ratione eludi ſe crederent, cum ei qui belli gerendi poteſtatem haberet, etiam fœderis ſanciendi jus competere intellectus dictitet; Ita M. Clodium non recepere Corſi, nec Mancinum Numantini, apud eundem, ut hic fecit ipſe Pontius. Nam cum A. Cornelius Arvina fecialis verba fecit, hunc in modum ad Samnites: *quandoquidem hice homines injuſſu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt, atque ob eam rem, quo pop. Rom. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Tum Pontius* recuſavit deditionem: *Ego vero iſtos, quos dedi ſimulatis, nec accipio, nec dedi arbitror, nec moror quo minus in civitatem obligatam ſponſione commiſſa iratis omnibus diis, quorum eluditur numen, redeant:* & paulo poſt: *I lictor, deme vincula Romanis, moratus ſit nemo, quo minus, ubi viſum fuerit abeant.*

Val. Max. 6. 3. 3. v. Appian. Hiſp. p. 301. Zonar ann. tom. 2. Freinsh. ad Flor. 1. 12 §. 12.

XIV.

In hoc caſu quid ſentiendum de Romanis? certe ludibrio

habuere religionem, quod Poſthumius feciali femur, quantâ vi poterat maximâ percutiens, Samnitum ſe civem voluerit, & contra jus gent: cum putaverit ſe violaſſe Legatum, juſtiſſimi belli cauſam præbuiſſe. Samnitum dux contra ſtatuit, vix pueris dignas ambages, ſenes & conſulares fallendæ fidei exquirere. Hug. Grot. vult Samnites ad pop. Roman. ea de re mittere debuiſſe Legatos, tum demum ſi pactis ſtatum non eſſet, potuiſſent dicere publicam violationem non debere unius lui ſanguine. Milites teneri porro ſentit, ſi ipſorum juſſu ac nomine facta eſt ſponſio. Quod ſi contenti fuerunt Samnites DC. obſidibus, & fide ſponſorum, ſibi imputent, Rurſus ſi ſponſores præ ſe tulerunt (hoc videtur veriſimile, qui enim jus habet gerendi bella, haud facile abeſt, quin poſſit & debeat fœdera pangere) poteſtatem publico nomine contrahendi ex damno per dolum dato ad reſtitutionem tenebantur (quinam? ſponſores an populus? aio populum) ſi id non apparet, ſponſores tenebantur ad id, quod intererat, quo caſu ad corpora & bona ſponſorum obligata fuere, niſi pœnam vice ejus, quod intereſt, expreſſiſſent (quæ non facit, ut quis perfidus non ſit: nam & ille perfidia laborat, qui datis obſidibus, iisque relictis pactis non ſtat) concludit tandem, tali ſponſione bona primum ad id quod intereſt, & ſi ea non ſufficiant, corpus ad ſervitutem obligari, vitam vero obligari non poſſe. Quæ, quemadmodum ſe habeant, videbimus in conflictu. Pacis interea hujus belliquc Samnitici mentionem maxime facit Livius. 9. ab init. Valer. Maxim. 5. 1. §. 5. externo. 7. 2. 14. exter. Plutar. c. 6. parall. Auctor de Uiris illuſtr. c. 30. Auguſtin. de civit. Dei. 3. 17. Lucanus, 2. v. 137. nota ſunt quæ Eutropius & Oroſius de hac ipſa clade ſcribunt. Lege quæ addit Cicero offic. 3. 30. Oroſius refert geſta hæc eſſe anno 426. ab urbe cond. Freinshem. in chronolog. ad Flor. anno 433.

X V.

Nunc progrediemur ad FORMAM EXTERNAM, quæ conſiſtit in ſolennitatibus & ceremoniis variarum gentium variis, ſed quia à plerisque tractatæ ſunt politicis & mos Romanorum ubique

bique fere invenitur, relictis iis unico contenti erimus exemplo, quod ex Tacito haurimus, qui fieri dicebat (à Regibus Armeniis Alexand. ab & Iberis,) Pollice, Dextra, Sanguine; quando *mos eſt*, inquit, Alex l. 5. *Regibus, quotiens in ſocietatem coeant, implicare dextras, polliceſq; gen. dier. inter ſe vincire, nodoque praſtringere. Mox ubi ſanguis in artus ex-* cap. 3. *tremos ſe effudit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.* Multa ad hunc locum poſſent notari de expreſſione & ſorbitione: verum ſanguinem, pollicem, & dextram ſaltem ſumus declaraturi.

Et SANGUINE quidem conjungi, moris eſt antiquiſſimi, ipſumque propitium Abrahamidis Numen, Sanguine agnino ſalutis fœdus protectum voluit, & profuſo præputii cruore humano, fœdus cum gente ſingulare pangere. Moremque hunc ſanciendæ publice privatimque amicitiæ uſurpaſſe Scythas, Armenios & in ea ora Gentes legit & obſervavit Lips. ad dict. Taciti loc. ubi ex Luciani dialogo, cujus titulus eſt Toxatis, græca adfert verba, quæ Cap. 1. med. latine vertit Camerarius, etenim, inquit, Scytha ille Lucanicus, hiſt. 57. *ſimulatque inciſis digitis ſanguinem in calicem deſtillaverimus, ſummiſque intinctis gladiis, ambo pariter admoventes, biberimus, non eſt quicquam, quod deinde nos queat dirimere.* Hic mos paulum diſcrepat à ſuperiore, nam primo ibi premitur pollex nodo, uſque dum eliciatur ſanguis, hic inciditur digitus, ibi ſanguinem ſorbent, hic bibitur è calice pariter zugleich αἷμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι (nota morem hunc non eſſe novum). Latius rem exponit Herodotus. lib. 4. *Infuſo*, inquit, *Scytha in grandem calicem vino commiſcent eorum ſanguinem, qui feriunt fœdus cultello, aut gladio aliquantulum corporis incidentes, deinde in calicem tingunt acinacem, ſagittas, ſecurim, gladium. Hæc ubi fecerunt, ſeſe multis verbis devovent, poſtea vinum epotant, non modo ii, qui fœdus fecerunt, ſed etiam comites hi, qui ſunt maxima dignitatis.* Hic nihil de ſimultanea bibitione, ſed potius ſubſequente, neque de digiti, ſed incertæ partis corporis inciſione. Probabile eſt, non neceſſariam fuiſſe digitorum læſionem, uſitatam tamen maxime. Poſſidonius apud Athenæum ſi- l. 2. cap. 2. mile quid tribuit Germanis: in palmaria Inſula, ſicut recenſent pere- dypnoſoph.

grina-

grinatores, quorum novos hoſpites in amicitiæ fœdus ſuſcipiunt, ſibi ipſis novacula, vel gladio lapideo ſanguinem ex lingua, manu, aut lacerto, aliave corporis parte, inſpectante hoſpite, eliciunt, non veram amicitiam interpretantes, quæ pro amico vitam profundere renuit.

Bodinus in ſua Dæmonomania aliquot exemplis recenſet, hunc ritum, Sathanam, cum Magis fœdus initurum, ſervare ſolere, cum eos cogat proprio ſanguine formulam obligationis mutuæ ſcribere. Lipſius loc. cit. hunc morem nec Romanis ignotum in
l. 1. mythol. p. m. 33. ipſis ſacris concludit. Verum Natalis Comes obſervabat, ſi ſacra fiebant ſuperis, nullam rationem ſanguinis haberi cum quo conſentit Claudiani locus, quem allegat Lipſ. d. loc.

Et quidni? crudele eſt, ſed ſanctius fœdus: cum ſanguinem ſpernere extremæ ſit barbariei: cum pro vita & ſanguine plerumque ineantur confœderationes: cum ſanguis ſit vehiculum vitalis ſpiritus, quem tot millia trahimus: ſanguine duorum recenter permixto, inditoq; humanum in corpus, ajunt, acicula pungendo, colloquium poſſe inſtitui inter longe diſſitos: ſanguinem ex vulneribus occiſi profluere, vel indicem, vel vindicem inimicitiæ, amicitiæque, præſente homicida, cujus rei fides ſit penes autorem. Verum, placentur homines ſanguine, quo olim nubes tempeſtatesq;
Nat. q. 6. ſedabantur, teſte Seneca. *Si quis nec agnum nec pullum habebat, quod ſine damno fieri poterat, manus ſibi afferebat, & ne tamen avidas aut crudeles exiſtimes nubes, digitum ſuum bene acuto graphio pungebat, & hoc ſanguine litabat, nec minus ab hujus agello, grando ſe avertebat, quam ab illo in quo majoribus hoſtiis exorata erat.* Ridet hæc ſapiens Stoicus, & nos ridemus, & barbara mittimus: ſi prius quædam de pollice & dextra dixerimus. Nam nec ii imprudenter, nec noviter adhibebanturad fœderum confirmationem.

XVI.

POLLICE quidem utebantur. I. Quod primarius eſt, & digitorum potentiſſimus, & neſcio, annon aliquid antiquitatis ſapiat. Quemadmodum enim pollicis adjumento reliqui digiti re-

guntur,

304

guntur, isque in unaquaque re ſocius eſt & adjutor, unde & apud Græcos ἀντίχειρ quis altera manus dicitur, Schaumius de annulis. Ita fœderati, defenſionis ſuæ, ſociatis viribus Remp. ſæpe lapſam erigunt, fatigatis ſuccurrunt, auxiliares pollices ferunt laborum ſocios: cujus tanta vis eſt, ut qui pollice carerent, inhabiles bellis gerendis haberentur, unde ignavi pollicem ſibi præcidere, juxta Amm. Marcell. l. 15. & Murci vocabantur, quæ notatio utrum à dea ignavorum Murcia (quam Venerem, nî fallor putant) an illa dea ab his truncatis pollicibus deſumatur, in ambiguo eſt. Hoc patet, pollices ſibi abſcidiſſe, militiam detrectaturi, vel abſciſſos eſſe in pœnam, ne utilis quispiam eſſet ferendis armis. II. Quia varios animi motus pollicis diverſo geſtu ſignificabant, nam & laudem favoremque junctus ſignificabat, & denegati favoris certiſſimum erat ſymbolum. Sicque dicitur à pollendo, quod vi & poteſtate inter cæteros digitos polleat, indeque proverbium natum eſt, pollicem premere, i. e. favoris ſignificationem oſtendere, antiquitus enim pollex ſignum erat & amoris, & odii, ſi premebant, amorem; ſi convertebant pollicem, odium deſignabant: ſic Juvenalis converſo pollice vulgi, quemlibet (vel cum libet, varia enim hic lectio eſt) occidunt populariter, & Horatius, utroque pollice dixit, pro ſummo favore,

Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
Fautor utroq; tuum laudabit pollice ludum.

Quamvis & Porphynon & Acron apud Eraſmum συνεκδοχικῶς pro manu utraq; interpretentur, nam utramq; manum cum ſtrepitu attollere, eſt plaudere & approbare hanc rem bene geſtam, unde comœdiâ bene abſolutâ, & feliciter ad finem perductâ, addebant, Plaudite. Sed mittimus manum in alienam meſſem. Hoc ex Camerario addimus, morem hunc obſervatum eſſe, & fortaſſe etiam num obſervari in juramento feudi ligii, apud Neapolitanos, *nam dicto juramento quando Vaſallus manus è libris, quibus impoſuit, ſuſtulit. Tum Rex Vaſalli manus utriusq; digitis, pollicibus apprehenſis, ſuosq; intra pollices iis inſertis, devinxit illos ſuis, ſtatuitq; ſuper Evangelia. Hic rurſum Vaſallus Magiſtro praeunte verba, Ego me,* inquit, *cum liberis ſucceſſoribusq;*

vide ſi placet Polit. miſcell. c. 24. Turneb. l. 11. adverſ. c. 6. Lipſ. 2. ſaturnal. cap. 22.

ribusq;

ribusq; meis Ferdinandi Regis mei, Domini mei, liberorum ac ſucceſſorum ejus, Ligium hominem ſtatuo, dedicoq;, eumq; me hic ſiſto. Hac ter dicens, regios oſculatur pollices, Rexq; ore ſuo illius os excipit, moxq; comiter appellatum, dimittit. Hic eſt uſitatus jurandi mos in verba Regum Neapolitanorum: quiq; Ligios illorum ſe faciunt, ipſum hunc ſervant. Dicti inde Ligii, quod ligatis Reges pollicibus, illos fidei imperiiq;, hi ſuis vinciant, atq; obnoxios ſtatuant. Jov. Pont. & conſentit Rittershuſ. quod deſcendat feudum ligium à ligando, in quo Vaſallus fortius ligetur & arctius quam in aliis feudis. Arctiorem autem ligam definit Struvius, quod obligatus ſit Vaſallus ligius ad fidelitatem Domino præſtandam, contra omnes nullo excepto. Alii Synonima putant eſſe: eſſe Vaſallum, & eſſe Ligium. Albert. Cranz. Ligium, Italorum verbum eſſe ait, & ſignificare totalem ſubjectionem. Videtur enim vero illud nomen eſſe Italicum, à ligando: unde & conjurationes ſeu factiones apud illos vocantur ligues, arctiori ſcil. fidei conſtrictione factâ. Curt. Jun. de feud. tria requirit ad feudum ligium. 1. Ut Vaſallus juret fidelitatem, nullius alterius fidelitate reſervata. 2. ut expreſſe dicatur in inſtrumento inveſtituræ, quod feudum ſit ligium. 3. quod Vaſallus principaliter perſonam ſuam, & conſequenter bona etiam non feudalia ſubjiciat poteſtati domini. Tholoſano non videtur proprie feudum, ſed deditio potius in clientelam & familiam & poteſtatem alterius, ſed hæc quid ad nos, videantur de iis feudorum ſcriptores, & lector benevolus conſulat Exc. Dn. Wurmſer. in tract. de feud. imptopriis.

.2 de reb. geſt. Ferd. Alphonſ.F. .2.c.4.q.10. ur feud. Exerc.feud. 3. th. ult. l.4. Chron.

p. 1. cap. 9 num. 21.

in ſyntagm. p. 1. l. 6. c. 2. cl. 2. cap. 7. per tot.

XVII.

Miſſo pollice ad manum, eamq; DEXTRAM. Mos non culpandus ab antiquitate, ad noſtram proceſſit ætatem, ut in omnibus fere contractibus, promiſſionibus, ſtipulationibus, emptionibus, venditionibus, dextris porrectis manibus, quaſi fidei ſigno, & vivo chirogropho, conventionem abſolutam confirmemus, unde proverbium Poetæ: En dextra fidesque. Idque non tantum in privatis, verum etiam publicis conventionibus, non hodie demum apud Germanos, quorum fides omnibus Scriptoribus laudatur, verum alias gentes, diverſis ſedibus moribusque longe inter ſe diſſitas.

4. Æneid.

PARTHOS

Parthos uti conſtat ex Fl. Joſepho *cum Artabanus, inquit. Rex Perſarum Andao Iudao, porrectâ dextrâ, per patrios Deos dejeravit, tutum acceſſum habiturum fratrem Aſinaum,* Quod apud barbaros conventuros certiſſimum eſt argumentum fiduciæ. Non enim poſt datam dextram, apud eos nec fallere fas eſt, nec diffidere ceſſantibus omnibus ſuſpicionibus.

Persas, quorum mos à pluribus laudatur. Corn. Nepos de Artaxerxe, quod *fidem, more Perſarum, dextra dediſſet.* Scribit ſic Curtius: Alexandrum fidem, *quo Perſæ more* (id eſt data dextra) *accipiebant, Nabarzani dediſſe.* Sic moriens Darius, pignus fidei regiæ dextram ſe ferendam Alexandro dixit, poſt hæc porrecta manu, expiravit. Unde Diodorus Siculus ait: *hac certiſſima fidei apud Perſas arrha eſt.* Firmat id Gemiſtus Phleton. Et Rex Perſarum, Mentorē quod dextram dediſſet,(maxima enim hæc apud Perſas fides) conſervavit. Eodem modo Impp. & Reges Germaniæ olim chirothecas ſuas ad ſtabiliendam pacem & actiones, quibus intereſſe non poterant, mittere ſolebant, ſicut jus vel ſpeculum Saxonicum teſtatur.

14. 9, 10. 6. 4, 23. Iuſtin. 11. 15. 18. lib. 16. c. 43. lib. 2. de reb. græc. vid. Camer. horis ſucciſ. 1, 35. p. 187. C. 2. cap. 46.

Bernegg. ad Iuſtin. loc cit. Lipſ. ad lib. 15. annal. Tac. p. 407. Freinſhem. ad Curt. l. 6. cap. 4. n. 14. Plin. l. 11. hiſt. nat. c. 45. §. 11. & ibid. annotat. in editione Dalecampii.

Græcos, quod Anchiſæ ſuo tribuit Virgilius,

Ipſe Pater dextram Anchiſes, haud multa moratus
Dat juveni, atque animum præſenti pignore firmat, Æneid. 3.

& Achilli ſuo Homerus, qui

Sic fatus Priami dextram, ne forte timeret,
Prendit, & hoc dubiam firmavit pignore mentem.

XVIII:

Maxime autem, quia dextra I. eſt SIGNUM FIDEI, unde vocatur, fidei pignus: & pro æquipollentibus ſumit Appianus in Punicis: at fides firma eſt ac dextra, & ob hanc cauſam Alexand. ab Alex. refert, religionem quandam, in dextris eſſe: nam eam, inquit, porrigimus, ſi quid data fide futurum pollicemur. Certe Curt. 6, 4, 14, 8, 12, 10.

veteres Romani cum ſingulis partibus humanis, ſingulos Deos præ-
Roſin. antiquit. l. 2. c. 19. p. 391. I. C. feciſſent, Caput Jovi, Neptuno pectus, cinctum Marti, frontem Genio, oculos Cupidini, aures Memoriæ deferebant, dextram, quod in fide porrigebatur, fidei ſacram eſſe voluerunt.

II. Signum AMICITIÆ. Unde extat Pythagorica admonitio, non unicuique dextram eſſe porrigendam, h. e. ut interpretatur noſter Camerarius, non temere eſſe quempiam in amicitiæ, familiaritatisque fœdus admittendum. Seriò etiam denegare, vel de induſtria ſubducere dextram, ſolet plerumque eſſe ſignum evidens apertæ ſimultatis & inimicitiæ: ſicque Conſtantius Nebridio dextram petenti, reſpondit, ecquid præcipuum amicis ſervabitur, ſi tu dextram attigeris meam.

p. 409. III. Signum PACIS & BELLI. De ſignis Romanorum militaribus vide Lipſ. ad Tacitum, ubi etiam mentionem facit ſigni, quod militare eſt, dextræ duæ argenteæ (pleraque enim ſigna ex argento fuiſſe patet) complexæ in cacumine, & alia quædam parerga, quæ peti poſſunt ex M. Antonii numis. Sic iterum in 2. Hiſtor. 8. legimus Centurionem Siſennam dextras concordiæ inſignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos tuliſſe. Unde con-
2. Hiſtor. 16. iicere poſſumus, dextras duas argenteas tanquam pacis ſymbolum,
lib. 28. miſſas eſſe, quod Pichena obſervavit: Sic Livius ſcribit, oppidanos quoſdam deditionem & amicitiam ſignificantes, egreſſos, dextras nudas oſtentantes.

IV. Signum RECONCILIATIONIS. Sic Alexander, Philothæ de occidendo Rege ſuſpecto, dextram, reconciliatæ gratiæ pignus obtulit, ut refert Curtius, quod Philotas valde exaggerat: Hoc, qualecunque eſt crimen, confeſſo mihi, ubicunque es Alexander, remiſiſti: dextram tuam amplexus reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui & §. 14. At mihi ſecuritatem primum
6, 7. 35. l. 6. c. 10. n. 11. innocentia mea, deinde dextra tua obtulerant. Burgundiæ etiam

Dux

306.

Dux. Philippus agonizans deprecanti Carolo filio dextram prehendens, dextra preſſit, quod ſignum amoris erat & veniæ.

V. Signum FORTITUDINIS. Unde Darius Milites ſuos his excitat verbis: Ite alacres, & ſpe pleni, ut quam gloriam accepiſtis à majoribus veſtris, poſteris relinquatis. In dextris veſtris jam libertatem, opem, ſpem futuri temporis geritis, & Catilina ſuos talibus: Quapropter vos moneo, uti forti, atque parato animo ſitis, & cum prælium inibitis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atque patriam in dextris veſtris portare. Curt. 4. 14. 15. Sall. c. 58. 10.

VI. Signum HOSPITII, iterum ex Tacit. 1. Hiſtor. Miſerat civitas Ligonum, vetere inſtituto dona legionibus, dextras hoſpitii inſigne (iterum intelligitur hic locus de dextris argenteis, uti ſupra) & Ciceronis ad Cæſarem pro Dejotaro. Per dextram te iſtam rogo, quam regi Dejotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti, iſtam inquam dextram non in bellis & præliis, quam in promiſſis & fide fortiorem. P. 430. edit. Lipſ. Orat. c. 3.

Denique plerumque in juramentis ſolennibus utimur dextrâ, cum ejus partem priorem digitum, & medium vel erigimus, vel addito annulari Evangelii libro, vel quatuor priores cruci imponimus. In ipſis ſacris ante N. T. tempora, Deo juranti attribuitur χειροτονία & quidem dextræ manus, ut apparet ex Eſaia. Hinc levare manum, pro jurare frequenter accipitur in ſacris. c. 62. Pſ. 5. 8.

XIX.

Verum de ipſo juramento, utrum omnia fœdera perfici debeant eo, & utrum illud ſit de eſſentia fœderum, in dubio eſt, quia id ſuperius affirmavit Tholoſanus, negat Beſoldus. Nos fruſtra hîc de juramentis dicimus, ſi homini Chriſtiano jurare eſt prohibitum, quod, ut taceam alios; de Baſilide refert Euſebius, eum, cum jusjurandum ab eo poſtularetur, reſpondiſſe, ſibi jurare non licere, quod Chriſtianus eſſet; cui reſpondetur ex Epicteto: Jusjurandum

dum fuge ſi potes, ſin minus, cum licet. Sed lex divina extat: omnino ne juretis: ſed erit ſermo veſter eſt, eſt, quod ultra hoc
l.2. cap. 13. adjungitur, ex malo proficiſcitur, cujus dicti explicationem vide apud Grot. de I. b. & p. qui hæc verba non ad aſſertorium, ſed ad futuri incerti promiſſorium refert. Verum cum in fœderibus futura & interdum incerta promittantur, illicitum ibi erit juramentum. Nec Chriſtus taxat conſuetudinem jurandi per creaturas, ut quidam vult, ſed oſtendit potius, qui per templum Dei jurat, idem eſſe, ac ſi per ipſum Deum juraſſet: ſic vix ut credamus adduci poſſumus malo ex more Joſephum per ſalutem Pharaonis, Eliſæum per vitam Eliæ juraſſe; nec temeraria ſaltem juramenta damnat, cum quæ in re gravi fiunt, non ſint temeraria, niſi ea tali appellatione inſignire velis, quæ nulla neceſſitate fiunt, ad res quasvis, in converſatione humana. Sed de eo judicent Theologi, nos præſupponimus, juramenta in rebus gravibus vel controverſis vel non controverſis, vel confirmantia vel adſtringentia, jure naturali eſſe ſuperflua, quia affirmatio ſimplex, par eſſe reputatur, juratæ aſſertioni, jure gentium approbata, jure civili & canonico interdum imperata, Chriſtianis vero nullo ſcriptutæ loco prohibita;
lib. 1. c. 2. verum de hac quæſtione vide prolixe Jerem. Setzer de jurament.
lib. 11. §. 21. Hug. Grot. de I. b. & p.

An autem Principi tale juramentum imponi poſſit vel debeat? videtur, quoniam abſolutus eſt, etiam in ipſis pangendis cum altero fœderibus, eſſe negandum, partim quod tale juramentum nullam pariat obligationem efficacem, partim, quod Principum verba ſint inſtar juramenti. Nam, quod ſi, juxta Philonem, viri boni oratio pro juramento eſſe debet firmo, immutabili, fallere neſcio; quid dicendum de eo qui inter bonos optimus, qualis eſt Princeps, eſſe cenſetur? Verum nec imponi poteſt, nec debet, niſi fœderati ipſi conſentiant ad firmiorem amicitiæ conſtantiam, nam horrorem talia incutiunt, Deum ipſum fœdere jungunt, cujus violatores ſunt, ſi fœdera frangunt, unde non neceſſario, ſed tutius adhiberi juramenta, eſt ſtatuendum. Adeo autem ad obligationem adſtringunt, ut ſi quis per falſos Deos juraverit, obſtrictus ſit

juxta

juxta Hugon. Grot. Minime verò decet Chriſtianum, imò nefas eſt, jurare per Mahumetem, ſi res agatur cum Turcis, quæ fuit impia Duareni ſententia. Eorum autem juramenta audire, & per falſos Deos ab infidelibus præſtita, admittere nihil prohibet.

X X.

SUBJECTUM AGENS, ſive qui contrahant jure fœdus, ex definitionis verbis apparet: nempe omnes, qui habent Majeſtatem, vel hoc jus Majeſtatis, vel Exercitium juris communicatum. Majeſtatem autem habere dicuntur, quibus competit ſumma, & abſoluta in aliqua civitate poteſtas, eaque perpetua, & indiviſibilis, ut nullum, niſi Deum in hoc mundo, agnoſcat ſuperiorem: unde legibus ſoluta dicitur. Sæpius quidem uni, pluribusque, ſumma in cives competit poteſtas, ſed quia perpetua non eſt, majeſtas dici nequit: quæ nec majori poteſtate, nec legibus ullis, nec tempore definitur. Quodſi autem populus ſummam perpetuamque alicui, dum vixerit, poteſtatem dedit, ſine appellatione quadam ſingulari, *tutoris* puta, *Curatoris*, aut *Protectoris*; neque precario: jura majeſtatis omnia ſibi conceſſa ipſamque majeſtatem negabit nemo, qualis eſt lex regia, quâ populus Roman. ei, (ſcil. principi) & in eum omnem contulit poteſtatem omnimodam, nullo omninò jure repetendam. de qua erudite & prolixe diſſerit Generoſus Dn. von Solnitz/ Amicus noſter ſingularis. in pecu. diſput. de conſt. Princip.

Sed poſita tali conditione, videndum eſt quatenus Princeps ſolutus ſit legibus; nam rectæ rationi repugnare, & æternæ veritatis regulæ reſiſtere, intrinſecamque honeſtatem turpitudinemque juxta habere, ne hominis quidem eſt, nedum talis, qui talibus inter homines præcellere, eosque multis debet præcedere paraſangis. Θεομαχεῖν autem, & perrumpere legum divinarum tela, nemo tentabit, quin ſtatim divinæ majeſtatis læſæ, vindictam iræ gravitate penſatam, ſentiet quam acutiſſimè. Divinis ergo, uti & naturalibus ſeipſum abſolvere nequit, quemadmodum nec humanis omnibus: nam quod omnium aut plerarumque gentium conſenſui placet, id ipſum infringi à Principe nefas habetur, niſi mutetur aliquid in commodum ſalutis publicæ. Nec ratio diverſa eſt in legibus, nam iſta ſunt cum ipſa majeſtate conjunctæ. Dif-

Differentia in eo eſt, quod reſpectu Subditorum princeps ſit legibus iſtis ſolutus quoad vim ut ajunt, coactivam: ad fundamentales autem, ſiquidem tales ſunt, quæ poſt imperii delationem aliquem adſtringunt, cogi poſſit. Pleni ſunt huius controverſiæ politicornm libri, plena JCtorum ora, plenæ ſapientum voces. Et
Cap. 7. qui plura petit, adeat Beſoldi diſſert. de Majeſtat. modo quæcunque diſſerit de principe, ad omnium majeſtatem Rerum-publ. applicentur: nulla enim eſt alia ratio, ſive unus, ſive plures, ſummam habeant poteſtatem, ſive Rex in Monarchico, ſive Optimates in Ariſtocratico, ſive populus in politico ſtatu, ſive plures diviſim in Republ. mixta. Nam hæc majeſtas perennis eſt, & oritur, atque interit, cum Republica. unde realem eam vocant, quæ ſublatis perſonis inter altercationes, interregna mutationes internas, quamdiu uon ſub jugum mittitur alienum, permanet & perſiſtit. Talis itaque Reſpubl. poteſt vi, & jure ſuæ majeſtatis fœdera pangere.

XXI.

Unde Imperium noſtrum Romano-Germanicum ſive Monarchicum illud, ſive Ariſtocraticum, ſive mixtum, ſive etiam populare, ſive temperatum (quod nos approbamus) appelles, quia ſupra ſe agnoſcit neminem, jure merito, quemadmodum omnia majeſtatis jura, ſic pangendi fœdera, jus plena manu poſſidet. ita quidem, ut quomodo circa ea verſari caput & membra debeant, legibus docere, atque imperare poſſit, & quia exinde Imperator Majeſtatem ejus perſonalem repræſentat, fœdera inire poteſt, licet à reali majeſtate, hoc eſt ipſo imperio, certa regula teneatur: ne id fiat absque conſenſu & voluntate Electorum. Quæ res non minuit, ſed auget ſplendorem Imperatorium: nec nova eſt aut heri demum aut nudius tertius introducta, ſed jamdudum à Maximiliano I. Statibus imperii promiſſa. Quod & in aliis regnis fieri amat, ubi ſine ordinum conſenſu, jus fœderum vix exercetur, ſæpiſſimeque apud gentes fœdera, quo ſanctiora ſint & firmiora, in Senatu vel in Curia majore, aut comitiis optimatum populive promulgantur.

Scilicet

Scilicet magna res eſt, de qua, omnium ſalus, omnium vita, omnium incolumitas pendet! cur ergo quid fiet à principe, quod eorum in detrimentum, quorum intereſt, ſuo ipſius cum interitu conjunctum, vergere poteſt? certe fœdere copulamur, fœdere adverſarios offendimus, fœdere amicos inimicosque paramus: quam facile ſummus Monarcha affectu privato motus, tales imponat imperio amicos, qui hoſtibus ſint graviores, aut odia pariat, quibus ipſe, & imperium impar ſit. Carpzov. de L. Reg. Cap. VI. ſect. I. n. 6.

Faceſſant, qui imminutam hac ratione majeſtatem volunt, quæ nolit utilitatem detrimentumque publicum perinde habere. Regula Lesbia eſt ſuperior definitio, ad quam omnia mundi regna applicare poſſumus; ſed non ipſos Reges, qui habita honeſtatis &, quod ſemper dicimus, utilitatis publicæ ratione, majeſtatem metiuntur, ſi Patres ſunt reipubl. non vitrici, non Tyranni, non ſuo ſenſu abundantes, non contemtores ſubditorum, civium, procerum. Quid multis? Imperator mortalis eſt, Imperium immortale: ex quo valde periculoſum ipſis eſt exteris, cum Imperatore ſolo communicare, cum id, quicquid ſit, mortuo eo, Imperium abrogare poſſit.

De Pontifice non diſceptabimus: ſi quid terrenæ habet poteſtatis, omnium calculo fœdera pangit, & poſſem hic in latum ejus arrogantiæ campum exire, niſi Juris publici interpretes jamdudum ſuperbiam ejus acuta falce decurtaſſent, nosq; tempus aliò vocaret. Rex vero Romanus vivo Imperatore, etſi Imperii Vicarius dicatur, non tamen Imperatoris & Imperii nomine, ſine ſpeciali mandato, inire poterit fœdus, quod poſt Imperatoriam Majeſtatem, alii Reges ſive jure hereditario, ſive electionis, Regna poſſidentes, vel ſine, vel cum limitatione noſtra poſſunt. V. G. in hereditariis, Gallia, olim etiam Anglia, Hiſpania, Suecia, quæ quondam libera Regis electione pollebat; Bohemia, jam hereditaria facta, in electivis, Polonia, hodie miſera, Dania, ſub dubio Marte nuper, nunc Paci reſtituta, & Vngaria, quæ regna, nulla vi Regum creationem ſibi eripi patiuntur, filios tamen omnibus anteferri

putant oportere, ut ſuccesſionis beneficio, bellorum civilium ſtirpes elidantur. In dominatibus Turca, Moſchus, Perſa &c. nec libet omnes totius mundi monarchas recenſere, ſufficit eum qui majeſtatem habet, ſolum proprie fœdera ſancire.

Nolden de nobil. c. 8. §. 30.

XXII.

Sed & ſi plures indiviſim, majeſtatem habent, hoc idem jure faciunt, ut ſunt Reſp. abſolute liberæ, quas inter, velut inter ignes Luna minores, hodie eminet celebratiſſima Veneta, & quædam Italicæ, quarum illa Duci, exercitium Jurium, non ipſam majeſtatem communicat. Maxime autem huc referendi ſunt Helvetii, qui fœdera percuſſerunt, tam cum aliis, quam inter ſemetipſos, & Belgæ, aſſertæ libertatis vigore, hodie faciunt. De his duabus Rebuſp. diſputatur, an liberæ ſint, & quomodo ſeſe in libertatem hanc aſſeruerint. Helvetii quidem ob præfectorum inſolentiam dicuntur excuſſiſſe jugum, & cum aliquando crebrioribus mandatis ad Cameræ judicium tanquam ſubditi vocarentur, miſiſſe Legatos Spiram, viros primarios, qui ampliſſimi ordinis conſeſſum, Patres, hunc in modum ruſticis & pene contumelioſis verbis allocuti dicuntur: *Domini confœderati Helvetij vos vicinos ſuos ſalvere jubent. Mirantur verò, quod tam crebris citationibus veſtris placuerit vobis diu eos vexaviſſe: orant & hortantur ne amplius eos exagitetis,* Man ſoll ſie hinführo ungeheit *aut ut Nolden ſcribit* ungeſchoren laſſen / quod perdocte, ſuo more toto orbe vir celeberrimus & cum literatiſſimis omni ævo comparandus, ſi non iis præferendus, nuper demum fato ſuo functus Dn. Lanſius in orat. pro German. habita à Nicol. Bubingshauſen, refutavit, quando contra Joannem Wilhelmum von Redwitz in hæc verba fertur: *de Helvetijs ridicula dixiſti, & quæ ſplenem agitent vel non petulantē, & an putes tam inciviles & ruſticos eſſe Helvetios, & ita cerebrum omne expuiſſe, ut ea verborum inſolentia, & intemperie in Auguſtalem Cameram fuerint debachati? Non perſuadebis hoc mihi. Mirum tamen eſt, quod unus Warſevicius homo Polonus forſitan in tonſtrina exceptum chartis illevit; id etiam à Germanis aliquibus ſtatim tanquā oraculum acceptari: quaſi quid Spira agatur, extra Germaniam referre &*

quirere & à Polonis diſcere debeamus. Privilegia quidem Helvetios ampliſſima ab Imperio habere, nemo negare poteſt: uti & omninm Helvetiorum nomine Legati è Tiguro, Lucerna, Vria, Glarona confirmationem ſuorum privilegiorum in comitiis Auguſtanis petierunt ab Imper. Ferdinand. I. Sed privilegiorum conceſſio in eo, qui confert, majeſtatem & imperium; in eo cui confertur, ſubjectionem arguit. Ac licet Helvetii viri ſane probi ſingulari indultu Imperatorum inſignes illas prærogativas acceperint: exemtionem à Iudicio Aulico, Camerali & Rothwilenſi, libertatem fœderationum, & immunitatem ab omnibus oneribus realibus imperio debitis: attamen conſtitutione fracta pacis publica tenentur, & pacem imperii publicam violantes in Camera accuſari poſſunt, imò etiam contra omnes imperi hoſtes exteros ſuppetias ferre ſunt obſtricti &c.

Unde apparet eos comiter obſervare imperium, in cæteris libertatem poſſidere, quod itidem ex verbis Goldaſti Helvetii ibidem allegatis apparet; Es werden ganze Laſtwägenvoll Bücher geſchriben/ de proceſſibus juris, de jurisdictione, &c. Die müſſen die Schweizer vnd Aidgenoſſen herhalten/vnd als meinaidige/ abtrünige/ vnd vom H. Reich abgefallene Stände / durchgezogen werden. Aber die gute Herrn vnd Aidgenoſſen wollen das nicht geſtehen/ vnd widerſprechen es auff das höchſt/ erkennen den Kayſer für jhren einigen ordenlichen natürlichen Herrn/ bekennen ſich zu dem H. Reich teutſcher Nation / geben ſich vor deſſelbe freye Stände auß / wollen auch deſſen Lob/ Ehr vnd Ruhm haben/ ꝛc. Quicquid ſit, Helvetii aut excuſſêre imperii leniſſimum jugum, aut privilegiis impetravere tantam libertatem: ſi prius, de facto exercent omnia jura: ſi poſterius; de jure. Sin vero cives ſe Romanos eſſe fatentur, ex ordinum jure communi poſſident jus fœderum. Hoc patet eos hodie conſtitutiones imperiales non ſervare, non habere ſeſſionem & vocem in comitiis, neq; citari neq; contribuere, comiter tamen Cæſaream Majeſtatem obſervare.

Provinciæ autem Belgicæ cum eſſent feudum imperii An. 1581. 7. Calend. Septemb. Philippum II. Regem Hiſpaniæ ejurarunt & execrati ſunt Ducis Albani crudelitatem, (qua ſe 18000. rebellium millia carnificis manu ſuſtuliſſe, exemptis quos bellum hauſiſſet,

D 2 glori-

glorìatus eſt:) libertatemq; inclamarunt; & 1609. 9. Aprilis à Philippo III. pro libera Republ. proclamatæ ſunt.

Sed an juſte fecerint, quod ſe Hiſpano oppoſuerint? Ipſæ affirmant, Hiſpani negant. Magnus Lanſius b. m. in oratione contra Hiſpaniam, ſententiam fert: *Ipſas coactas viribus invicta neceſſitatis, quam jura divina atq; humana legibus ſolutam eſſe conſentiunt, cum ſpiritum incolumem ſervare, hanc lucis uſuram oculis haurire, precariam animam retinere aliter non poſſent, extremam defenſionem, quam ratio doctis, mos gentibus, & natura ipſa brutis animantibus praſcribit, animoſiſſime ſuſcepiſſe, atq; imperium Regi, quod nemo quisquam aliàs ſine crimine laſa majeſtatis auſus eſſet optare, juſte abrogaſſe, ſeq; ſuo Marte in libertatem vindicaſſe.* Verum hæc quid ad Imperium? Quid ad Germanos Hiſpanorum furor? quia eas exagitavit Hiſpanus: ergo ſe ſubducent Imperio Romano? faciunt, ſed faciant, quo jure viderint ipſi. Sed fœdus illud contra Hiſpanos, pro juſto legitimoque judicatur ab omnibus, qui vere ſapiunt.

vid. Carpz. ad L. Reg c, 6. ſect. 9,

XXIII.

Abſolutæ poteſtati & quaſi Majeſtati vicini ſunt, Duces, Majeſtatem Imperii Romani obſervantes quidem, ſed ſua utentes ſuperioritate, quales ſunt: Sabaudus, Burgundus, Mantuanus, &c. de quibus, quomodo adhuc ſint membra Imperii, & qua ratione ſe exemerint, vide Nolden. Ergo & hi jus fœderis poſſident. Deinde, diximus eum, cui permiſſum eſt, hoc jus poſſe exercere, ſine tamen majeſtatis ſplendore, cum longe aliud ſit tale jus poteſtate, aliud conceſſione & quaſi privilegio quodam habere. Quia vero tanta eſt Germanici Imperii libertas, in illo ſolo fere habemus exempla maxime illuſtria fœderum, ut nihil frequentius in hiſtoriis Germaniæ legatur, quam fœdera Principum & civitatum, quorum libertatem jam ante aureæ bullæ conſtitutionem habuiſſe, ex Trithemio refert laudatus Dn. Mylerus: *Hiſce temporibus* (i. e. Anno Chriſti 1366.) inquit, *magna & firmiſſima inter civitates Imperiales confœderatio facta eſt, quæ etiam Principibus potentiſſimis in exordio ſuo, formidabilis videbatur: Ac ſæpe tales confœderationes, quas Ligas, vulgariter* Bundt *appellant, non ſolum inter civitates, ſed etiam inter Principes, juratas & con-*

d. l c. 2. §. 94. uſque ad §. 144:

loc. cit c 17. p 153. edit. noviſs.

310.

& confirmatas legimus. Nec obſtat Friderici *I*mp. Reformatio, nec Sigismundi Bulla: quos Receſſus, cum in hoc, tum in aliis quamplurimis, non eſſe obſervatos, contraria obſervantia, tam ante, quam poſt hanc reformationem eſt teſtis. Non vero ſimpliciter hæc ſunt ſumenda, ſed cum limitatione. 1. ut fiant tuendæ pacis publicæ cauſa. 2. ad defenſionem rerum ſuarum. 3. pro libertate legitime conſervanda. 4. ne fiant ad opprimendum Imperium. 5. ne contra Imperatorem. 6. ne offendendi cauſa. 7. propter religionem. 8. etjam cum exteris. 9. ut excipiatur Imperator & Imperium, vel tacite, vel expreſſe. 10. ſatius eſt nominatim excipi. 11. Conſentiente & probante Imperatore, vel etiam confirmante. 12. ut ſint per ſe licita. Quorum requiſita quædam neceſſaria ſunt abſolute, quædam ad bene eſſe: nam pacem tueri, per ſe laudabile eſt: ſua defendere, natura jubet: pro libertate pugnare ecquis recuſaret? Imperio Imperatoriq; rebellare crimen eſt læſæ majeſtatis, alterum offendere, quod tibi non vis fieri, rectæ rationi repugnat: tueri ſacra, ejus eſt, qui DEO magis obedit quam hominibus: & obſervanter ſuum ſuperiorem conſulere, ejuſque ſententiam audire & ſequi, id demum eſt eſſe bonum civem, uti virum bonum, qui nihil turpe patrare molitur.

XXIV.

Unde quid reſpondendum iis, qui aliquot Germanorum Statuum fœdera improbare, publico & privato auſu conati ſunt, videre eſt facile.

Et primo quidem, ut à religione exordiar, duo Exempla habemus: alterum, ubi Halæ Suevorum 1610. inter aliquot Imperii proceres & civitates ictum eſt fœdus, ex ſuſpicione, ſive vera, ſive falſa natum, Pontificiis oppoſitum, operam ſuam eò dirigentibus, ut Concilium Tridentinum valeat, hæreticis ne ſervetur fides: qui pacificationem religionis non pertinere ad pacis publicæ conſtitutionem, nec legem perpetuam eſſe, ſed tolerantiam quandam, uſque ad exitum Concilii, acriter defendunt.

Huic plurimi ſubſcripſere Principes & civitates Imperiales, quas recenſet Carpzov. Alterum, longius petitum, quod 1529. Schmalkaldiæ inierunt Proteſtantes, & anno 1538. eodem in loco ad ſexennium confirmarunt ad L.R c 6. ſ. 9. n. 10.

 Hoc

Hoc Bodinus inter pernicioſas, improborum civium conjurationes, refert. Laurentius Surius fœderi æquiparat ſeditioſorum ruſticorum, & Unionem improbat Auctor diſcurſus, **Obs nützlich ſey im Heil. Römiſchen Reich** Uniones **und Bündnuß auffzurichten.** Evangelici defendebant, non niſi ad conſervationem pacis publicæ initam eſſe, & quidem cum exceptione Imperatoris, ideoque eſſe licitam. Beſoldus, fortaſſe eventuum minus dextro ſucceſſu motus, vel quia jam vacillabat, divino judicio committit fœdus Smalkaldicum. Carpzov. defendit ut juſtum: ſed liberum cuique ſuum de Unione relinquit judicium, & ad improbantium partes inclinare videtur, dum poſt Hortlederi, hæc Sleidani verba affert: *Fœdus per omnem Germaniam & quam late imperium patet, unicum eſſe debebat, totius Reip. ſpectans incolumitatem. Nunc vero plurima ſunt ſeparatim, & inter ſingulos. Quod eſt maximum procul dubio & alienationis animorum, & diffidemia, & futura diſſipationis, argumentum.* Quod ſi tanti viri judicium ſuum ſuſpendunt, quin & illud, tenuitatis noſtræ memores, ſubterfugiamus, non erit inhoneſtum; niſi quod cum omnia concedamus Imperatoribus, Regibus, Poteſtatibus, Solam animæ libertatem vindicandam eſſe firmiſſime credamus. Denique ſi Unio improbanda eſt, Ligam quoque probari non poſſe, quemadmodum Elector Saxoniæ ſcripſit ad Moguntinum, **wie die neue aufgerichte** Union **der Catholiſchen Stände zur** defenſion **angeſehen; alſo werde man die Evangeliſche Stände nicht verdencken / wann ſie eben zu dem Ende / daß jenige vor die hand nehmen / was jhnen die gebührliche Billichkeit zuläſſet.**

XXV.

In rebus ad religionem non pertinentibus, fœdera ſunt I. PRINCIPUM INTER SE, & primario Electorum inter ſe univerſale quod primitus Francofurti Anno 1438. Sex Electores pepigerunt, Anno 1521. renovarunt, Imperatores confirmarunt. PARTICULARE quatuor Electorum Rhenenſium, Veſaliæ ad Rhenum Anno 1519. confirmatum in capitulatione cæſarea, ut & nova pacificatione Oſnabrugenſi ELECTORUM ET PRINCIPUM

311.

CIPUM An. 1212. Naumburgi contractum, cujus meminit Spangenberg in chronic. Saxon. de an. 1272. PRINCIPUM INTER SE, quale fuit Illuſtriſſimi Ducis Würtemb. Ulrici, & Haſſiæ Landgravii Philippi Anno Anno 1534. PRINCIPUM CUM CIVITATIBUS, uti Würtzburgenſis Epiſcopi & Bambergenſis cum Norica civitate, Franconicique circuli Statibus, contra Albertum Brandeburgicum Marchionem, quod anno 1553. in ipſa Camera pro juſto licitoque, impugnante Marchione, judicatum fuit. CIVITATVM INTER SE, ſicut Anno 1422. contra Alſatiæ equites in quinquennium fœdus inierunt, Argentina, Baſilea, Friburgum &c. CIVITATUM CUM EQUITIBUS, ut Boruſſiæ civitates, An. 1440. cum Equitibus Teutonicis. NOBILIUM CUM PRINCIPIBUS, uti in ſpecie apparuit in fœdere Suevico, quo multi Nobiles continebantur Sleidan. l. 4. hiſtor. in fin. NOBILIUM INTER SE, uti der Ritterſchafft Brüderliche Vereinigung in Landaw auffgericht/ de anno 1522. Ipſisque competere jus fœderis, patet auß der Freyen Reichs Ritterſchafft und Adels dero fünff Theil im Land zu Schwaben / vom Kayſer Ferdinand Anno 1561. confirmirter Ordnung/ ubi Imperator reliquis juribus addit;& jus fœderis. vide Johann. Conrad. Kreidenmann / de generoſa hac ſocietate longe meritiſſimum in libello von deß teutſchen Adels/ ſonderlich der Freyen-Reichs-Ritterſchafft in Schwaben / Staat / ꝛc Verum quando loquimur de civitatibus, intelliguntur liberæ & immediate Imperio ſubjectæ, non municipales, quæ ſine conſenſu, ſuorum Dominorum nullo jure pangunt, ſicut & per Nobiles intelliguntur immediati, cum mediati ſine eorum, ſub quorum jurisdictione ſunt, permiſſu neutiquam poſſint.

XXVI.

Quid de civitatibus, quas mixtas vocant, jurene fœdera pangunt? nam ideo quidam fœdus Hanſeaticum improbant, quod, quoad civitates nonnullas, regalia non habentes, ſpeciem conſpirationis ſapere videatur. Ubi duo notanda veniunt: 1. quid ſit Anſeaticum fœdus: 2. quid civitas libera; ex quo cognoſcetur, quid civitas mixta ſit.

Nomen

Nomen explicant Beſold. Carpzovius, Excell. Dn. Wurmſer.
Exerc 8.q.4. Fautor noſter colendus in aureo libello ad Brautlachti jus publ.
In fin. diſſert. de imper. civ. Qui Hanſeeſtätte partim putant dici ab antiquo Gothico Ansi, uti Beſoldus, qui Heroes ſunt, & ſemidei, quaſi urbes præcipuæ negociationibus, opibus, & confœderationibus potentiores. Unde
ad L R.c.6. ſect. 10. n.1. & ſeqq. Receſſ. Spir. & Aug. vocant Hayn und Seeſtätte/h. e. inquit Carpz. der groſſen Stätte: Nam vocabulum Hayn/ idem eſt quod *magnus*, ab Hunnis, quorum procera erat ſtatura: alii putant dici quaſi Handelsſtätt / die miteinander handlen. Nos ſequimur Wurmſerum noſtrum qui derivat ab eo, quaſi an der See gelegen / quod maxima earum pars, mari adjaceat.

Dolendum autem, quod in antiquis Germaniæ rebus, tanta ſit originum obſcuritas: ſic neſcimus, quando Electores ceperint: ſic multorum in Imperio excellentium nativitas ignoratur: Sicque de hujus fœderis ortu diſcrepant maxime. Thuanus natalem ei annum tribuit 1200. cui adſtipulatur ex Chytræo Brautlacht, Ke-
lib. 7. c. 1. ſ. 70. ckermannus 1270. neſcio quem Warem. ab Erenberg, nam liber ejus mihi non eſt ad manus, & in Lymnæo puto eſſe mendum, proque 1270. alium adſcribi deberi numerum: In additionibus vero Lymnæus Gallum quendam Bertrand d' Argentre nomine, allegat, qui refert ad annum 1382. Johann. Angelius nihil certi de eo tradidiſſe traditur: ſicut & ſcriptor Italicus theſauri politici. Chytræus ſcribit de Hanſicorum in externis regnis, emporiorum initiis, ut de ipſius etiam Hanſicæ ſocietatis certa origine, quo anno Chriſti ceperint, & quando emporia ſingula occuparint, ſæpe multumque ex præcipuarum urbium Syndicis, Secretariis, & aliis ſciſcitatus ſum; qui non modo de emporiorum origine, certi nihil docebant; verum etiam quo anno ipſorum civitates in Hanſeſæ ſocietatem primum receptæ eſſent, plerique non indicabant Dn. Conringius, ut omnia docte proponit: ſic ante originem Lubeccæ & urbium Vandalicarum, quæ condi ceperunt ſeculo duodecimo declinante, fœdus hoc coaluiſſe, prudentiſſime negat, tum quod incredibile ſit, eo tempore quo pleræq; civitates Balthicæ ſub jugo Danico ad annum uſque 1226. nondum excuſſo,

fuerunt,

fuerunt, id potuiſſe eas præſtare: tum, quod nullibi legas, in bellis pro libertate, contra Daniæ reges geſtis, urbium ad Balthin, ſociis armis Lübeccenſes uſos.

Confectum autem id bellum circa annum *1259*. Scimus bellorum tempore nulla florere potuiſſe commercia, quæ perfecta demum pace, vigere incipiunt: ergo bello cum Danis exacto, poſt annum demum *60*. magis magisque florentibus commerciis, commerciorum fœdus effloruiſſe, vero eſt ſimile. Niſi fortaſſe velis, non primam occaſionem hujus fœderis fuiſſe commerciorum uſum, ſed libertatis vindicationem; & Lubeccam, aliàsque non ex origine, ſed ex dignitate, capita huius ſocietatis facta.

An vero fidem mereatur, quod Angelius ſcribit, *viſa ſibi* antiqua documenta privilegiorum, anno 1149. ſocietati huic conceſſorum, aut quod alii narrant, ab Heinrico tertio, Angliæ rege: ſocietatem hanc ornatam. Hoc quidem per ſe falſum eſt, cum Heinricus tertius anno 1217. die 28. Octob. puer patri ſucceſſerit, anno vero 1194., urbes Vandalicæ pleræque vix ceperint coli: Hic cum regnarit annis 58., potuit nonnulla privilegia fœderatis conceſſiſſe: antiquiorem autem conſtitutionem nullam legi, præter leges in compendium à Domano redactas, anno 1312, credimus nosmet, & quod fortaſſe illo tempore in juſtum corpus coierint, arripimus. Illud autem, utrum legerit Angelius, vel legerit vitio, vel veſtigia fuerint fœderis, non diſceptamus, ſed venerantes ſingularem tanti viri, qualis eſt Conringius, prudentiam, ſolertiam, diligentiam, ſola ejus autoritate freti, fidem non mereri affirmamus.

XXVII.

Certe, in iis rebus, quæ incrementa patiuntur & decrementa, poſtridie neſcitur, quare ortum ſit illud, quod vidimus pridie, ſicque talibus, ſtatum originis tempus tribuere, niſi circumſtantiis omnibus perluſtratis, erit difficile; quemadmodum & quo fine fœdus illud fuerit conſtitutum, incertum eſt: contractum tamen videtur, ſi primam ſpectes ætatem, non niſi ob commercii maritimi libertatem, in regnis exteris, poſtea quædam peculiari pacto, non

Conring. de urb. germ. th. 98. communi illo fœdere conditionem συμμαχίας inſtituere, niſi quod anno 1579. propoſita formula fœderis, caput habet περὶ συμμαχίας contra vim injuſtam, ſed formula anni 1604. pactum illud diſerte annis decem definivit.

Numero quot ſint, æque incertum eſt, Matthias Stephanus, 83. Argentre, 72. Thuanus, Kloke, Dreſſerus 80, & cum ex illis anno 1510. quatuordecim civitates ejectæ fuerunt, adhuc in ſocietate 66 remanſiſſe tradunt. Angelius, 108. recenſet, ſed indicem nominum inſpicienti apparet multas ab illo recenſeri, quæ ne nomen quidem fœderi dederint, alias ante centum annos illi renunciaſſe. Bodinus in eo errat, quod omnes putat eſſe imperiales; ab Erenberg, in eo, quod unam ſaltem imperialem eſſe ait fœderi adjunctam.

Conring. cit. loco th. 100.

Lymn. jur. publ. l. 7. c. 1. p. 72.

Totum corpus in tres olim, accedente Bruſſico, in quatuor diſtributum eſt partes, quarum quælibet ſuam habet civitatem primariam, quartierſtatt 1. Pomeraniæ, & ſex Vandalicæ, Lübeccam. 2. Cliviæ, Marchiæ, Thuringiæ, & aliquot Weſtphaliæ, Coloniam, 3. Saxonicæ & aliæ Weſtphalorum, Brunſuicum, 4. Dantiſcum, Boruſſiæ & Livoniæ civitates. Quatuor emporia habuere peregrina: Londinenſe in Anglia, Narvenſe in Ruſſia, Bergenſe in Norwegia, & Brugenſe in Flandria, quod poſt Antwerpiam in Brabantinos eſt translatum.

Hæc tanta fuere hujus fœderis incrementa, quod primo multis cum civitatibus ad defendendas immunitates, adverſus vim & injuriam, fieri oportuit, poſtquam crevit potentia ex acceſſione multarum, ſpe lucri; bella geſſit adverſus Reges & populos potentiſſimos, conſenſum ſuorum Principum impetravit, conniventiam Imperatorum, privilegia Regum exterorum, protectionemque maximorum, ipſiusque ſi famæ creditur, Hiſpaniæ Regis.

Verum, rerum humanarum circulus eſt, & quod ad ſummum venit, tandem ad ima redit; ſic poſt annum 1500. ſenſim cepit deficere, ita ut anno præter propter 60 poſt, animam prope agere, viſa fuerit: & quemadmodum in morbis deſperatis nulla remedia valent,

Conring. c. l. th. 102.

313

valent, ſic, quamvis ſæpius de redintegrando hoc fœdere actum, nihil profectum eſt, uſque dum magis magisque ad pauciores urbes hæc machina ſocietatis eſt contracta. Cauſa tantæ ruinæ, quæ in pleriſque eſt inæqualitas ſociarum civitatum, majorum potentia & avaritia, minorum contemptus & exinde deſertio: porro exterarum gentium in nauticis commerciis ſtudium, ex ſtudio æmulatio, ex æmulatione invidia, ex invidia libertatis amiſſio, quam cum ſæpe ſtuderent reparare, ſumptuoſiſſime ſuſcepta bella, exhauſtum ærarium, interceptio à Flandris, & Hollandis monopolii fructus in ruinam dedit, moxque præcipua nautici commercii vis ab Hanſicis in Hollandos tandem tranſiit.

XXIIX.

Sed an confœderatio hæc fuerit licita, diſquiritur? anſam huic diſputationi dedit controverſia Brunſwicenſis, qua Dux pro ſubjectione omnimoda; Hæc, pro libertate & ſubjectione qualificata, pugnarunt, non tantum penna, verum etiam bipenni: rationes Ducum, vide apud Limn. l. 5. c. 6. §. 6. & ſeqq. Civitatis, l. 7. c. 9. §. 3.

Quidam negant in totum, quidam ex parte, quidam affirmāt. Bertrand d'Argentre vocat honeſtum fœdus, commerciis, regibus, juvenibus, qui mercaturam exercent, utile. Magnus Conringius initia improbat: quod ingens adeo ſocietas cojerit, nulla authoritate publica; quod minime fuiſſet tolerandum in bene conſtituta Republ. privata authoritate contrahere cum exteris Regibus, quod ipſi ſocietati fuerit noxia, utpote quæ deſtituta publico Imperii conſenſu, ſola exterorum vim excipere fuerit coacta. Effectum laudat, cum, *illis*, inquit, *tranquillitatem publicam, libertatem popularem, per aliquot ſecula debemus, & ſi verum fateri velimus, absque hoc remedio extrema ſervitus omnes dudum oppreßiſſet, qualis ſane fuit aliquot centum annis Germaniæ ἀναρχία.* Unde opes ceterorum nobis communicatæ, unde copia rerum, lucri ingens magnitudo, unde ſecuritas Germaniæ: ſic corriguntur initia mala, quorum exitus laudabiles cernuntur.

apud Limn. in addit. ad l. 3.

th. 101.

Warem. ab Erenberg dicitur à Beſoldo ex parte improbare,

quo-

quoniam huic ſocietati adfuerint civitates non liberæ, quoad has itaque civitates, ſpecimen eſſe conjurationis. Beſoldus etiam ab Aulico-politicis improbari de facto ait, 1. quia ortum ſit ſine conſenſu Imperii. 2, quia in capitulatione Cæſar promittat abrogare oneroſas mercatorum confœderationes, & Carolus IV. in aur. bull. clandeſtinas & malitioſas ſubditorum confœderationes tollat, & prohibeat, 3. quod ſit monopolium.

Alii, reſpondent: Caroli ipſius V. & multorum Imperatorum authoritate fuiſſe roboratam; Principum conſenſu munitam, qui partim civitates ſuas ejus participes fieri poſtularunt, partim ad totum fœderatorum collegium legatos miſerunt: imperio utilem, præſertim ad contributionem contra Turcam, quod plures receſſus imperiales teſtentur: exteris Regibus charam, multisque privilegiis condecoratam; præſcriptione tutam: nequaquam eſſe clandeſtinam, nequaquam malitioſam confœderationem, ſed talem, quæ nominatim excipitur, tanquam ſocietas, pro pace publica conſervanda inita; multo minus monopolium eſſe, & ſi eſſet, longo tempore privilegiatum. vide der vereinigten Teutſchen Hanſeeſtett kurtze nothwendige verantwortung.

Carpz. Beſold. Limn. l.c. Wurmſ. exerc. 8. q. 5.

XXIX.

Quod ſi ex eo reijcitur, quod quædam civitates immediatæ Imperio non ſubjectæ, fuerint admiſſæ, de altero agamus, quidnam ſit civitas libera. ex quo pateſcet, quid ſit mixta, vel mixtæ jurisdictionis. Variæ autem afferuntur diſtinctiones, Prima eſt in Imperiales & Provinciales, Imperiales, iterum in Imperiales tantum, & Imperiales liberas. Altera in liberas, conditionatas, & municipales; Tertia in Imperiales, municipales, & mixtum ſtatum obtinentes. Limnæo placet totum in Imperio numerum diſtinguere in mediate Imperio, & in immediate Subditos; mediatos vocat, quæ homagium Principi territorii præſtant: hæc præſtatio cum diverſimoda ſit, diverſas rurſum conditiones importare, aliæ enim ſimpliciter & abſolute homagium præſtant, & mere ſubditæ ſunt Principi, quæ municipales & provinciales dicuntur: Aliæ Homagium præſtant cum conditione & ab Imperatoribus in eo ſunt privi-

privilegiatæ,ut mere ſubditæ Principi ſuo non ſint,ſed multa obtineant libertatis axiomata. Quod eodem quidē recideret,niſi conditionatæ interdum propius ad plane liberas, intetdū ad municipales vergerent. Nos retinentes diſtinctionem in municipales & Imperiales, & mixtum ſtatum obtinentes,videbimus originem harum civitatum. Poſt Carolum Magnum, Münſterus putat Imperatores reſervaſſe ſibi civitates ampliores, quibus poſtea aucta & conceſſa ſint privilegia. Multi initium ab Ottonibus repetunt; Gilles Boilleu,Imperatores ſibi non reſervaſſe eas, ſed ab aliis dono accepiſſe memorat, nos ductum ſecuti Domini Conringii,ſeculo circiter duodcimo in majorem ſeſe exerere libertatem cepiſſe affirmamus, à paucis (ut in principiis fieri amat) initio facto,curſu autem temporum incrementa ſumpſiſſe liberatem, quam non Imperatores modo, verum ipſi etiam Duces, Epiſcopi, Principes, Comites, Nobiles, nec gratis ſemper, ſed numerata pecunia, conceſſere: acceſſione etiam ad Imperium ſpontanea, ſalva tamen priſtina libertate, quædam liberæ erant.

Eæ autem, quæ hodie cernuntur, quod immediate Imperio ſubſunt, immediatæ dicuntur, quod multa libertate gaudent,liberæ; unde mixtæ dicentur, quæ non immediate Imperatori obediunt, multis tamen privilegiis, iisque queîs liberæ fruuntur: vel quæ immediate quidem Imperatori ſubſunt, reſtrictiore tamen in quibusdam Epiſcoporum & Principum conditione. Earum origo eſt communis cum civitatibus Imperialibus.

De his quæritur, Utrum poſſint fœdus inire? Quod in fœdere factum videmus Hanseatico; Breviter, vel tale percuſſere fœdus, cum in univerſum eſſent liberæ, vel in univerſum ſub Ducibus, ſi primum, fœdus valet, antequam factæ fuerint conditionatæ, ſi ſecundum, debuit id fieri conſenſu Principis. In tertio autem, vel conditio non pangendi fœdera, expreſſa eſt, ſicque iterum requiritur Ducum voluntas, vel non eſt expreſſa, nec ſub alia conditione tacite latet, & ſic jus habent liberarum civitatum: porro præſtant Principi vel juramentum fidelitatis tantum, vel etiam ſubjectionis; idque iterum vel ſimpliciter, vel certis conditionibus, ſi prius, liberæ ſunt; illud enim nullam ſubjectionem arguit: ſi

aliquot exemplis, & nihil mutaſſe ait N. T. ſed potius magis favere fœderibus. Quia ergo nulla intrinſeca aut univerſalis in eo eſt pravitas, ſed ſolum quæ à circumſtantiis æſtimanda eſt, cavendum dicit, ne nimia commixtio contagium adferat infirmis, abſtinendum inde eſſe, niſi ſumma urgente neceſſitate: nam non ſolum fugienda, quæ directò, ſed & quæ indirecte religioni noceant.

Alb. Gentilis, licitum fœdus ait univerſale commerciorum & ſingulare, & inæquale, ut ſunt tributarii, vel ſi fidelis vi cogitur eſſe ſub infideli: Fœdus æquum & armorum, ſi conjungatur contra alium infidelem, vel fidelem iniri poſſe negat, quamvis pax ſanciri poſſit. Beſoldus conſentit, de pacis commerciorumque fœdere, ſed diſtinguit armorum fœdus in offenſivum & defenſivũ, contra alias gentes, à vera fide alienas, offenſivum licitum eſſe contra infideles, nunquam contra fideles, tandem concludit: *Veruntamen ſi qui Chriſtiani injuſtum Chriſtianis aliȷs inferunt bellum, eosque uti fœdere & auxilio infidelium cogunt, reos ſe faciunt, inde ſubſequentium peccatorum magis, quam qui ſui defendendi cauſa, ita ſe fœdere cum aliȷs jungunt.* Quod, utinam male, ominor, proximè futurum, DEUS prohibeat hoc, quicquid eſt mali. d.I.B.&P.

Ex quibus apparet, juri naturæ hic nihil contrariari, omnia tamen relinquenda diſcurſui ſano, rectæ rationis: quod ſi enim in poſitivo juris naturæ præcepto, quale eſt: *ſuum cuique tribuendũ*, ſubjectum & objectum limitationem inducit, ne furioſo tradatur gladius, multo magis ratiocinabimur in eo, à quo jus natnræ abſtrahit, neque id improbat, neque prohibet. Certe, ſi per impoſſibile eſſet homo in ſtatu naturali poſitus, cultum etiam DEI naturalem admitteret: alter negaret Deum, qui natura notus eſt, recta ratio judicaret, pangere fœdera cum aliquo non habere diſconvenientiam intellectus cum naturali honeſtate, Verum cum tali homine, qui neget DEUM, & poſſet plures homines, licet ex conſequenti ſaltem, abducere à recti regula, niſi coactus id faceret, id intrinſecæ honeſtati eſſe contrarium. Verum quid de hoc jure nunc diſputamus, quod ſe ipſum non cupit eſſe hujus contentionis arbitrum.

Divinæ

Divinæ ſane leges, ſæpius quam probant, improbant, & multa afferuntur à multis, quæ non veniunt fœderis jure, ſed alio nomine. Commercia quoque non parum mores hominum fœdant; raro itaque & id fieri debere exiſtimo: qui vi coguntur eſſe ſub alio, Flebile fœdus habent, & dedititii ſunt, nullo fœderatorum vocabulo digni. Tributarios ſi volumus Turcas, ſubjectione fieri id, melius eſt.

Fœdus inæquale: niſi & maxima ſit inæqualitas, & pro nobis potior, non ſuo periculo caret: dolendum autem eſt, ſi jungantur arma, niſi directò (quod vix fieri poteſt) fiat ad propagationem gloriæ veri DEI. Ergo fœdera iniri poſſunt talia, quæ non lædunt pietatem, ex neceſſitate contorta, nullo motu ſpontaneo, facile dixiſſem, etiamſi Reip. politice eſſent ſalutaria. Nam ſatius eſt, arcta pollere poteſtate, extenſive, eaque religioſa, quam amplo gaudere territorio, cum multarum animarum jactura, unde ipſum religionis jus, tanquam ſummum & primum, ſummæ potiſſimum poteſtati eſt ceſſum. Ad Exempla ſacra in diſcurſu reſpondebitur, ſalva tamen magnorum virorum authoritate, in quorum diſtinctionibus, ſed & iis valde decurtatis acquieſcimus libenter, & ſi fœdera pangere cum infidelibus tali ratione conceſſum eſt, ridemus, interponi debere authoritatem Pontificis, qui hic nihil juris de jure habet.

Similiter cum hæreticis, fugienda an ſint, in controverſiam venit: Quæſtionem late tractat Carpzov. uti & iſtas, utrum cum Hiſpanis licite incantur fœdera, & an ſtatus Imperii absque Imperatoris conſenſu cum exteris pangant, ut non opus ſit hic plura addere: quia non lento progredi gradu, ſed properare cogimur ad finem citatioribus paſſibus, tempore & charta deſtituti.

ad L.R. c.6. ſect. 4.

XXXII.

Cave autem ne pangas cum invitis, qui vi quadam coacti tecum tranſigunt, nunquam enim erit cum iis firma ſociatio, ſemper prætendent, ſi qualiſcunque affulſerit fortuna, *quod metus cauſa*: Cave cum levibus, & quovis Euro mutabilioribus, quibus in lingua, promiſſa, in corde, inconſtantia reſidet, qui ad quemvis tumultum reſilient:

316

reſilient: Cave cum iis, quibus fas, pietas, fides, privata bona ſunt, qui eunt, qua Reges juvat: nunquam certus eris, de eorum fide atque auxilio, cum ad ſui emolumentum omnia dirigant, pereant licet reliqui in cineribus, gaudebunt elicere luctum.

Quid juvat cum remotiſſimis, & toto orbe diviſis ſancire, ut vel procul videant ruinam, vel ſero nimis audiant fata. Quid cum miſeris & afflictis? ut quæras cum qua gente cadas, & dulce tibi ſit in immenſis poſito ruinis, neminem lætos habuiſſe vultus. Quid cum Potentioribus? in jugum te das inextricabile, & libertas ſenſim, te non ſentiente, expirat. Ergo pange cum æqualibus, vicinis, qui indolem, ingenium, naturam conformem habent, raro cum Principibus, ſi civitas, ſemper cum civitatibus, quicunque es Princeps.

XXXIII.

CAUSA EFFICIENS eſt duplex, Remota & Proxima. Remota eſt jus Gentium, quod quidam JCtorum dividunt in primævum & ſecundarium, & diverſimode explicant: Primævum volunt cum humano genere natum eſſe: Secundarium vero uſu exigente & humanis neceſſitatibus gentes ſibi conſtituiſſe; quam explicationem non admittit Riemer, longe alia, minus convenienti contentus, dum jus primævum, domeſticum, quod cum familiis ortum cepit; jus ſecundarium civile, quod cum civitatibus originem traxit, eſſe voluit. Verum quidem eſt, quod jus gentium nullum ingentium fuerit hominibus, & quod cum gentibus & à gentibus ceperit: at vero idcirco diſtinctio non retinenda, & in ſequiorem longe ſenſum, detorquenda, cum nullis legibus, vel juris fundamentis ſit innixa, ſed à quibusdam doctoribus, non ex natura rei excogitata, ut jus gentium primævum, vel cum jure naturali incidat, & ſic non opus ſit hoc termino, cum naturale vocari poſſit; vel præſcindat tam à jure naturali, quam gentium in ſpecie ſic dicto: quemadmodum ipſum jus gentium interdum ab Imperatore ipſo cum naturali confunditur, vel de utroque jure per abſtractionem præciſionemque intelligitur, ut vult Dn. Ludwell; ſicque tantum eſt diſtinctio vocabuli æquivoci in ſua æquivocata.

§. 2. I. de I. N. G. & C.

Exerc. ad I. 1. th 9. lit. a.

Ex dif-

Ex differentia autem juris gentium, quæ ipſi intercedit cum jure naturali, facile patebit, & natura juris gentium, & fœdera ejus juris eſſe. Deſcripſimus autem eam ex Exc. Dn. D. Lauterb. lectionibus, quod & typis non ſunt excuſæ, & vero etiam nemo eam dilucidius proponit. *Differunt jus naturale & gentium 1. ratione cauſæ efficientis, nam iſtius juris cauſa, eſt Deus: hujus, homo, vel gentium placitum. 2. ratione objecti; illud continet res, ſua natura turpes, & honeſtas: hoc, res arbitrarias. 3. ratione ſubjecti: Illius ſubjectum, ſunt omnes omnino homines, uſu rationis non deſtituti; hujus vero non omnes, ſed plurimi. 4. ratione finis: illius enim finis eſt, ut actiones humanæ conformes reddantur divinæ juſtitiæ, ſed hujus eſt utilitas ſocietatis humanæ. 5. ratione Effectus, quod jus naturale, ratione præcepti, plane ſit immutabile, jus autem gentium non plane immutabile, quamvis difficulter mutari poßit.*

Hugo de Roy, Tract. de eo, quod juſtum. l. 1. tit. 4. §. 3. & ſeqq. Ameſ. de conſc. & ejus jure. l. 5. c. 4. §. 18.

Unde quæcunque res arbitrariæ, conſentientibus gentibus quamplurimis, ad utilitatem ſocietatis humanæ introductæ ſunt, poſſunt dici objectum juris gentium: debent autem eſſe introductæ, vel propter uſum, vel propter neceſſitatem. Ex uſu introductas putat Dn. Ludwell, dominiorum diſtinctiones. Dn. Lauterbach vero ait: *Dominia & Dominiorum diſtinctiones non ſunt introducta jure gentium, ſed permittente jure naturali, per occupationem, voluntate humana introducta: jure gentium demum vero approbata. Hinc hodie diſtinctio dominiorum, dici poteſt juris gentium ratione approbationis: nam antequam adhuc erat jus gentium, habebant jam primi homines diſtincta dominia.*

Ex neceſſitate non abſoluta, ſed conſequentiæ introducta ſunt bella, & exinde ortæ captivitates, ſervitutes,, manumiſſiones. Fœdera itaque etiam ſunt juris gentium, quia inter res arbitrarias referuntur: honeſtatis quidem naturalis eſt, neminem lædere, amice intra ſocietatem agere: verum amicitiæ huic, gentium conſuetudo addit aliquid in fœderibus, ſolenne ſcil. iſtud, de amicitia pactum: & non eſt contra honeſtatem moralem, fœderatum non eſſe. Porro non in uſum cujuscunque privati, ſed ſocietatis gentium, introducta ſunt, nec ab uno homine, ſed tacito quaſi con-

ſenſu

ſenſu plurimorum, ſaniorumque, cum nulla gens tam barbara ſit, quæ ſolennem de amicitia conventionem, in totum recuſet. Faceſſat in Utopiam uſque, Utopiana Respubl. quæ fœdera negligere iubet, aliàs prudenter conſcripta. An vero, aut ob uſum, aut ob neceſſitatem, introducta ſint fœdera? puto ob utrumque: quædam enim exprimit neceſſitas, quædam utilitas ſuadet: neque verba illa, tanquam contraria, ſed ut diverſa intelligi debent, & quemadmodum multa cum bellis communia habent fœdera, ita, ut illa occaſionaliter ſint introducta. Cauſa proxima eſt voluntas & placitum Majeſtatis, quæ ſequi debet ductum rationis & quomodo & quibuscum pangenda ſint fœdera, proſpicere, de quibus ſupra in ſubjecto. Cauſa inſtrumentalis ſunt Legati, de quibus multa Beſold. in peculiari diſcurſu.

XXXIV.

OBJECTUM SIVE MATERIA circa quam verſantur fœdera, ſunt res licitæ & honeſtæ, & potiſſimum vel circa commercia verſantur, vel circa defenſionem, (aut non offenſionem) vel circa commercia & defenſionem, ſimul ubi quæritur an etiam fœdus ſit proprie dictum, quod verſatur circa ſucceſionem hereditariam, quam Germanice vulgò Erbeinigung & Erbverbrüderung vocant: ubi notandum nomen, nam & Beſoldus & Lymnæus utrumque ab altero diſtinguunt diverſo ſenſu. Si Beſoldo credimus in theſ. prac. certum & definitum modum determinat, quomodo in omnem eventum, tam belli quam pacis tempore, una familia alteri debeat aſſiſtere, nulla ſucceſſionis mutuæ factâ mentione. Erbverbrüderung vero denotat confraternitatem illam & pactum mutuæ ſucceſſionis. Eſt Illa, conventio, in eum caſum ſi oriantur bella. Hæc, pactum de adeunda hereditate in eum caſum, ſi pars altera ſine ſucceſſore deceſſerit; Hoc non ſemper eſt mutuum, illud vero ſæpius reciprocum, licet inæquale; Hoc jure civili aliàs eſt prohibitum, cum hereditas pacto dari non poſſit, nec pars hereditatis. Conceſſum vero Principibus in bonis feudalibus, quando Domini vel Imperatoris adeſt conſenſus, qui toti negotio robur addit, & communicatione ſimultanea feudi,

l 61. de V. O. l. fin C. de pact l. 5. C. de pact. conv. l fin. ff de ſuis & legit.

Reink. l. 1. cl. 4. c 18.

eosdem communi vinculo jungit. In bonis quoque allodialibus hoc jure tanquam ex privilegio militari utuntur, ita tamen ut certa ſumma expreſſa, ſit (v. gr. 30000 floreni) ſuper qua illuſtriſſimis confratribus permiſſa teſtamenti diſpoſitio. Unde neſcio an erret Beſoldus, ſi ea ſaltem locum habere in immobilibus credit, dum ait: quia pacta hæc de ipſis tantum provinciis & ditionibus interponuntur, nos de omnibus omnino bonis, proinde ſalva manet paciſcentibus libera teſtandi poteſtas de cæteris illis rebus ſuis: & Brautlacht, quando dividit hoc pactum in univerſale, quod de univerſis paciscentium principatibus & bonis, particulare, quod ſaltem de aliquibus concipitur: niſi ſubintelligatur excipiendam eſſe certam bonorum ſummam.

Nos pactum hoc dividimus ab objecto, eſt enim vel de bonis feudalibus omnibus, vel aliquibus, vel de bonis feudalibus & allodialibus ſimul, iisque vel mobilibus vel immobilibus, ſalva certa portione, in qua liberum teſtandi arbitrium relinquitur, Nam bona hæc objectum ſtatuimus. Subjectum agens & patiens ſunt, ut vocant, Confratres : modus plerumque eſt interpoſitio juramenti, cum conditione, vel æquali, vel inæquali :efficiens, autoritas Imperatoris & conſenſus paciscentium, finis, pax, & Imperii tranquillitas, ne lites moveantur de ſucceſſione: ne ſubditi alienis & ignotis Dominis ſubijciantur, & ut familiarum illuſtrium ſplendor conſervetur. Sub hac ratione formali conſideratum hoc pactum, non eſt fœdus, niſi analogice dictum. Verum die Erbvereinigung/ ſtricte (ut ſupra fecimus) ſumpto vocabulo, proprie eſt fœdus, quia omnia, quæcunque inſunt fœderi & huic inſunt, ſolennitas, auxilium mutuum, perſonæ habiles, pax publica: iſti pacto, quod vocant Erbverbrüderung/ non omnia

XXXV.

Variæ traduntur DIVISIONES. Quædam dicuntur licita, quædam illicita, ſed hæc non eſt generis in ſuas ſpecies, præſupponimus enim, licita ſemper debere eſſe fœdera. Verum quemadmodum bellum dividitur in juſtum & injuſtum, Reſpubl. in bonam & malam, ita hoc modo fœdera, quibus accidit injuſtum

eſſe

eſſe. Fœdus vero illicitum, aliud poteſt dici fœdus, quod ex alia cauſa illicitum fit, aliud conjuratio, quæ perſonas continet inhabiles. Dicitur autem fœdus illicitum vel ab objecto, quia non eſt de rebus honeſtis, vel à ſubjecto tam agente, quam patiente, quia perſonæ non habent hoc jus, vel à fine, quia fit in detrimentum Reip. vel à modo, quando modus eſt illicitus & conditiones ponuntur non ad ſpeciem, ſed revera iniquæ.

Licitum autem fœdus & ipſum non diſtinguitur in proprie ſic dictum & quaſi, quia analogiam introducit, niſi velimus, ut ICti faciunt, alienantia & poſteriora, quæ primario rei non inſunt, per particulam quaſi, explicare: ita retinebimus hanc diviſionem, ut diſcurſu de Affinibus (ad affinia enim hæc talia trahimus) ſuperſedere poſſimus.

Menippi Antiochi Regis oratio, quæ tria dicit eſſe fœderum genera. Primùm cum victis bello, ponuntur leges; alterum cum Marte dubio æqua amicitia pacem ineunt: tertium, cum non hoſtes, nec amici ſolenniter amicitiam ingrediuntur: non ex arte & præſcripto, ſed ad ſuum uſum diſtinxit.

Omiſſa porro Hugonis ſententia, qua partitionem inſtituit, ut primum dicamus fœdera alia idem conſtituere, quod juris naturalis, alia aliquid ei adjicere, ſtatim diſtinguimus ab objecto, idque vel ex negocio ipſo, ob quod fœdus initur, vel ex conditionibus, quæ concernunt ipſum negocium. Ex negocio fœdera ſunt vel commerciorum, vel defenſionis, vel utriusque: Ex qualitate negocii, hæc omnia iterum ſunt vel æqualia vel inæqualia, (non à ſubjecto tantum æquali & inæquali, licet plerumque potentiorum cum impotentioribus, victorum cum victis, inæqualia exiſtant) ſed ab objecto. Æqualia ſunt, quæ utrinque eoden modo ſe habent, & ſic ab utraque parte paria præſtantur officia. Non autem intelligitur æqualitas mathematica: quis enim eam requireret in humanis actionibus? intelligi tamen debet ſecundum omnes conditiones univerſim ſumptas; nam ſi v. g. paciſcor, ut hoſtes utrinque ſint comunes, arma utrinque æqualia, æqualis hæc quidem conditio eſt, ſed non ſtatim æquale reddit fœdus; cum in altera conditione deprehendi poſſit

 inæqua-

inæqualitas. Nam fœdus, (quod vix fieri amat) aut fulcitur una conditione, quæ ſi æqualis eſt, æquale etiam eſt fœdus : aut, (quod plerumque fit) pluribus ab una, ab altera parte paucioribus, quæ ſi ſint ejusdem ponderis, inæquale faciunt fœdus : aut à pluribus conditionibus, iisdemque pondere & numero utrinque æqualibus, quæ fœdus reddunt plane æquale, ſi unica conditio ex omnibus enormiter ſit inæqualis, ſtatim fœdus fit inæquale. Dani Hodie cum Suecis, pace conſtituta, pepigere fœdus, ut utrorumque arma communes hoſtes agnoſcerent, communes amicos : hæc conditio æqualis eſt : ſed quia non abſolvit totum fœdus, per alias, ceſſionem videlicet inſularum, Sueciam tangentium, reparationem naviũ, militum traditionem, vectigalium immunitatem fit inæquale ut quodquam maxime.

Porro per æquale, non intelligimus ſemper conditiones univerſales, verum etiam ſæpius particulares; ſic æquale eſt fœdus, ſi duo inter ſe paciſcuntur, de auxilio communi, non adverſus quemvis hoſtem, ſed Turcam ſaltem, licet enim hic particulare ſit objectum, æqualitas tamen latet in conditione. Longum autem foret, omnes pacis & commerciorum æquales & inæquales conditiones ſubdiſtinguere : nam *commerciorum* æqualis conditio eſſe poteſt, ne utrinque vectigal ſolvatur, vel exiguum utrinque: *Pacis*, ut reſtituantur captivi: *Belli*, ut auxilia paria præſtentur militum, ſive ad omne, ſive ad aliquod bellum &c. Inæqualis : ut ſi altera pars vectigal ſolvit, altera immunis eſt, altera, auxilia præſtat, altera non præſtat, vel præſtat minora, altera nihil imminuit de imperio, altera vero paciſcitur cum imminutione. Deditionem conditionatam huc non referimus, quamvis Livius de Teatibus Apulis ſcribat, quod impetraverint fœdus, ſed ut in ditione P. R. eſſent: nam etiam poſt fœdus initum, cuique paciſcenti libertas, majeſtasq; ſalva eſſe debet, licet onera interdum imperio alterius imponantur, eaque vel duratura : quale eſt de majeſtate comiter colenda ſine dolo malo, ſalva tamen ſua poteſtate, quod nihil aliud eſt quam digniorem aliquem colere, non vero dominium ipſi ullum concedere, ſed ſuis vivere legibus : vel tranſeuntia, ut ſi conveniatur de ſolvendo ſtipendio, de locorum deceſſione. &c. Quæ-

vid. Grot. d. l. 2. c. 15. § 7.

XXXVI.

Quædam etiam deſumuntur ab adjuncto temporis, & concernunt durationem fœderum, unde alia perpetua, alia temporaria dicuntur: temporaria determinatum, aut indeterminatum tempus agnoſcunt, vel quoad negocium, vel quoad perſonam, nam quædam fœdera tamdiu durant, donec negocium expeditū ſit, vel quandiu pangentes Principes vixerint.

Perpetua fœdera renovatione nonnunquam fulciri debent, ne labaſcant, & tacito temporum transcurſu mutuus amoris igniculus extinguatur: ſed periculoſa ſunt hæc fœdera, niſi æquiſſimis legibus propoſita ſint, cum, ſi altera pars iniquitatem ſubeſſe putet, perpetuo propterea fœderi adhærentem fidem faciliſſime fallat. Althuſius, qui conſociationem & confœderationem pro uno & eodem habet, diſtinguit in confœderationem plenam, & minus plenam, plenam putat, quando duæ Reſpub. in unam coaleſcunt: minus plenam, quam nos hic vocamus fœdus: verum aliud eſt conſociatio iſta, proprie ſic dicta, & quaſi duarum majeſtatum in unam concretio, quod non venit fœderis nomine, aliud fœdus, ubi ſua cuique relinquitur libertas, poteſtas, Majeſtas.

Quaſi fœdera (vel ut nos appellamus affinia fœderum) ſunt, Clientelare, Miſerabile & Hæreditarium, de quo ſupra: de primo multa Beſoldus & Bodinus, nos pauciſſimis. Clientelare fœdus dicimus pactionem impotentioris cum potentiore inſtitutam, compellente ita neceſſitate, qua alter ad defenſionem gratuitam, alter obligatur ad obſequium. *Forma* eſt pactio, quæ nonnunquam literis exprimitur, Schutz und Schirms brieff/ in quibus caute omnes circumſtantiæ ſunt obſervandæ. *Subjectum agens* eſt potentior, ſummam majeſtatem habens. *Subject. patiens* impotentior, ſive liber ſit, & ſua majeſtate fulgeat, ſive alteri ſubjectus: nam propterea etiam ſubditi, quia Domini eius ſuccurrere vel nolunt, vel nequeunt, alterius protectioni jure ſe committunt. *Cauſa impulſiva*, Neceſſitas. *Finis*, gratuita defenſio ab altera, ab altera parte obſequium, quod uti nullam ſubjectionem arguit, ita obſtricti ſunt clientes pari ratione defendere protectorem, non vero contra

Domi-

Dominum, aut ſe ipſos; dolendum tamen, defenſionem hodie plerumque non eſſe gratuitam, ſed quid hoc? alterum potius dolendum, quod precium interdum ſolvatur, ut cliens ab ipſis patroni concuſſionibus tutus ſit. *Object.* ſunt res licitæ, non enim in omnibus præſertim injuſtis, clientes defendi poſſunt, neque etiam ſi ſe ipſos in pericula conjiciunt, quamvis protector etiam non vocatus, etiam invitis clientibus, ſi ſua intereſſe putaverit, poſſit ſuccurrere. *Inſtrumentum* ſunt ſumptus Clientis regulariter, non Patroni, quis enim hoc ſuſciperet onus, tali cum onere? *Diviſio* in protectionem perſonarum eccleſiaſticarum, quam advocatiam, appellant, & ſecularium, quam proprie clientelam, huc non pertinent: loquimur de ſeculari, quæ duplex eſt, vel perpetua, quam clientes excutere nequeunt, & quæ plerumque in ſervitutem abit, vel temporalis, majoris libertatis ſignum, cum breviori temporum intervallo terminantur patrocinia, (quod valde utile) aut mutantur, aut ad tempus abolentur.

Miſerabile, flebile, dedititium vel tributarium ratione conditionum differre poteſt, ut vel leges cogantur accipere, vel tributa exolvere, vel ſalvis juribus & legibus in aliquibus ſuperiorem adgnoſcere. Subjectum agens eſt victor, patiens, victus: exemplo ſunt Hungari in finibus Turciæ, qui præter onera, juramento adſtricti ſunt indicare Turcis, Chriſtianorum, Chriſtianis, Turcarum excurſiones. De tertia ſpecie aliquid dictum eſt in objecto.

XXXVIII.

Finis potiſſimum ad pacis publicæ incrementum, ſalutem civium, commodum ſociorum, honeſtatis moralis augmentum, debet eſſe directus, & conſiſtit in amicitia illa, de qua diximus ſuperius, quæque ſuos habet gradus, quemadmodum & ipſa fœdera, quidam enim copulantur arctius, quidam remiſſius, quidam inæqualiter, quidam plane ut nihil conferant poſitive, ſed ſaltem nociva repellant, & v. gr. ne defendat hoſtem, ne tranſitum ei concedant, ne ope & auxilio adſint, ne impediant progreſſus adverſus inimicos, ne ſtruant caſtella in detrimentum fœderati, ne armis amplius inſurgant

ſurgat contra fœderatum &c. hæc & talia quamvis nullam arctiorem anicitiam denotent, poſſunt tamen conditiones amicas habere fœderum, nullum enim fœdus eſt, ubi non extet amicitia: unde diximus eam etiam conſiſtere in negatione. Inæqualia etiam fœdera ſalutem civium attendunt, licet enim interdum conditiones admittant per accidens, ſive ſecundario reipubl. noxias, ſatius eſt quicquam detrahere, quam totam perdere.

Quodcunque autem ſive juſte ſive coacte promiſſum eſt, niſi moralem in ſe habeat turpitudinem, id eſt ſervandum, unde EFFECTUS fœderis eſt fides. De fide hac politica tractatum conſcripſit Reinholdus Condit Boruſſus, ad quem lectorem remitto. Nos nullum putamus apud mortales majorem aut ſanctiorem affectum, eſt enim juſtitiæ fundamentum. Eſt ſanctiſſimum humani pectoris bonum, nec ulla res vehementius Rempubl. continet, quam ipſa, Cic.1.off.c. 7. in med. & lib.2.off. c.24.pr.

Qua ſine non tellus pacem, non æquora norint:
Iuſtitia conſors, tacitumque in pectore numen.

Quæ conſiſtit in veritate & conſtantia dictorum conventorumq;, & ſi toto terrarum orbe exularet, Regibus tamen eſſet tuenda, ex prudenti Caroli V. dicto.(alii Franciſ. Gall. Reg.) Sed quotusquisque eſt hominum, qui non plus perfidia laborat, dicam & perjurio, quam promiſſi conſtantia. Lipſ. monit. pol. l.2.c.13.n.14. Multis nihil veri, nihil ſancti, nullus Deûm metus, nullum jusjurandum, ſed plus quam Punica Hannibalis ineſt perfidia: Liv.2.anno ab V.C.533. cum tam ſancta eſſe debeat & inviolabilis fides, ut hæretico data ſit ſervanda; & quod nonnulli ſibi ſumunt, nullam eſſe fidem, quæ infideli data ſit, malitioſe errant, & quærunt latebram perjurio. Lipſ.pol.2. c.54.n.19. Nulla ratio, nullæ leges, nulli canones nos perſuadebunt, quos afferunt male-ſani & perfide-religioſi oppugnatores, quæcunque id ſtatuit charta flammis adjudicanda cenſetur. O malitioſi, qui impietatem veſtram canonum prætextu tegitis affirmantium: *in malis promiſſis reſcindendam fidem: in turpi voto mutandum decretum: quod incaute voviſti, non faciendum: impiam eſſe promiſſionem, quæ ſcelere adimpletur*: Can.5.q.4. c. 22. & alibi. Qui ipſum jus civile pro veſtra ſententia allegare non erubeſcitis, quod ait, Pactum, quod eſt contra honeſtatem & pietatem ipſo jure nullum eſſe:

l. 15. ff. de condit.inſt. Quæ pietatem lædunt & contra bonos mores ſunt, nec facere nos poſſe credendum eſſe. Nec divina ſtatuta, quin maculetis, omititis, incurioſi prorſus, quod & jus canon. & civile loquantur de objecto, quod per ſe & intrinſece malum eſt, non de re indifferenti. Contra autem pietatem eſſe & bonos mores, cum fideli vel hæretico paciſci ecquis probabit præſertim in rebus mere politicis? Becan. mã. l. 5. cap. 13. fortaſſe quia illi (ſi hæretici ſunt, nam infideles nunquam dederunt) fidem Deo frangunt, dum à veritate fidei & promiſſis Deo in baptiſmo factis, malitioſe deficiunt? egregia profecto conſequentia, ſi mihi alter fregerit fidem fas eſt ut alteri frangam, vel quia hæreticus videtur eſſe perſona, cui fides detur, inhabilis? Impie, cur das, ſi ſcis perſonam fide indignam (quod tamen falſum eſt arg. l. 15. ff. de interd. & releg. l. 17. in fin. de pœn.) & ſi dediſti, cur non ſervas, ſcilicet ut repugnes legibus divinis, quæ tollit omnia mendacia: Imperatorum piis conſtitutionibus, quibus nihil tam congruum eſt fidei humanæ, quam ea, quæ inter nos placuerunt, ſervare: ipſi humanæ ſocietati, quæ fide abrogata tollitur; fide abrogata, raptus, cædes, bella erunt, pietas, juſtitia, virtutes exulabunt; ſine fide nec hominum univerſum genus, nec mundus, nec ipſa rerum natura conſiſtere poteſt.

Liv. lib. 6. cap. 41. n. 15.

XXXVIII.

Contrarium fœderis quoad oppoſitionem eſt, ut vocant, Neutralitas, quoad diſſolutionem, fœderum pactorum Finis. Neutralitas eſt ab utraque bellantium parte abſtinentia, neque cum noſtra amicitia, quæ in omiſſione conſiſtit, eadem: cum hæc prodeſſe poſſit amico, illa ſæpe noceat. Multis de ea agit Bodinus. Dn. Grut. Richter axiom. hiſtor. & plerique putant eſſe valde periculoſum, medium ſeſe gerere inter duos pugnantes, cum ſemper victori in præmium cedat, nec deſunt exempla Græcorum, Romanorum, aliorumque populorum, ubi ſemper neutralitas plus nocuit, quam profuit: Unde alteri ſe parti addicere, ſatius judicant eſſe politici; & ſi potentia principes ſint pares, ei qui melior eſt, ſi diſpares, potentiori accedere; Quod ſi utrorumqne oppida, caſtella, & munitiones occupari poſſent, laudabile id eſſe, & exiſti-

l. 5. de Rep. cap. 6. n. 583. & p. 2. diſc. ad Tac. p. 188. & ſeqq.

mationem

mationem ingentem parare: verum ſi æque potens es, ne ſubſit metus deditionis tuæ, ſi paci conſulere potes, ſi poſt ruinam pugnantium tutus es, quin quieſcas, non video quid prohibeat.

Diſſolutio fœderum eſt vel juſta vel injuſta: juſta, fit mutuo fœderatorum diſſenſu, vel tempore elapſo, vel negocio abſoluto, ſi temporarium ſit, vel deficientibus circumſtantiis & mediis: injuſta, fit perfidia alterius, ſi unicam neglexerit conditionem, ubi alter poſtea juſte recedit. Nullam vero pœnam à ſupremo numine graviorem reliquis peccatis immiſſam, quam perfidiæ, omnis ævi exempla nos docent, præſertim vero Uladislai Hungariæ Regis notiſſimum, ubi Uladislao obtruncato, Hunniade elapſo, Julianus Cardinalis, auctor fracti fœderis, fugiens interficitur, & volucribus canibusque dilaniendus proiicitur: Epitaphium ejus eſt:

Romulidæ Cannas ego Varuam clade notavi,
Diſcite mortales non temerare fidem.
Me niſi Pontifices juſsiſſent rumpere fœdus:
Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.

O igitur,

Fœdera Magnates, ne ſævo rumpite ferro,
Sed caſtam ſervate fidem! fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis. Dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta ac tenues ſpes linquere amici,
Non illi domus, aut conjux, aut vita manebit
Vnquam expers luctus, lachrymæq́;. Aget æquore ſemper
Ac tellure premens, aget agrum nocte dieq́;
Deſpecta ac violata fides.

Et tu benigniſſimum Numen, ne Germaniæ noſtræ fracti fœderis vel prætextu, vel perfidia immineat magnum malum, clementer prohibe, reſtitutam pacis tranquillitatem, inſtauratam fidem, receptam juſtitiam defende, & omnia Principum noſtrorum conſilia, conatus, effecta dirige, ut cedant ad tui nominis gloriam, ſalutis publicæ incrementum, purioris religionis vigorem atque propagationem.

F I N I S.

I.

RJEcht ſo! Herr Bruder/fort/in Flügel ſchnellen Lauff/
Jezt geht es bey dir an / jezt gilt es dir den Kauff:
Laß deinen Vatter jez / den dapfferſten der Helden
In ſeinem Alter Ruh; (die Thaten werden melden
Die nach uns werden ſein) ſey du anjezt ein Held
Vnd zieh' mit deiner Wiz ins freye Ritter-Feld.

Hier ſiehſt du deinen Feind / die Schlüſſe ſind ſquadron:
Die Fechter wieder dich ein jeder Muſen Sohn:
Die kunſtgefaßte Red ſind Schwerter deiner Krieger /
Vnd deine kluge Wort die trefflichen Beſieger
Sieh' wie dein Feind erligt / wie jener ſtille ſizt
Der bittet umb Quartier / wan dein Geſchoß erblizt.

Es iſt ein trefflich thun / die Krieg und Friedens-Kunſt
Erlernen angefriſcht / durch einen Eiffer-Brunſt!
Vnd du thuſt recht daran / wan du mit vollen Sprüngen
Wilſt die Erfahrenheit der beyden Künſt durchdringen.
So ſteht es wol mit uns / wan dein Herr Vatter kriegt
Vnd du die Bündniß machſt / ſo iſt es obgeſiegt!

Wolmeinend in eil auffgeſezt und übergeben
von
Ehrnreich Wilhelm und Herbard
von Regall / L. B.

II.

An den Hoch-Edlen Herrn Verantworter der Bündnuſſen.

HErr Holz rede hier vom Bund/ und wie man den ſoll' halten;
Auch wie er im gebrauch geweſen bey den Alten:

Wie

Wie man im Krieges-Fall / und auch zu Fridens-Zeit /
Durch Bündnuß pflantzen könd' gute Vertrauligkeit.
Diß iſt recht wol gethan: Dann Er gibt zuerkennen
Sein angewendten Fleiß / daher Er auch zunennen /
Der Tugend Bundsgenoß / Liebhaber freyer Kunſt /
Dardurch erlanget wirt noch manche hohe Gunſt.
Fahrt alſo fort / Herr Holtz! ſo ſteigt man zu den Sternen /
Wer wolt' umb ſolchen Ruhm nicht gute Künſten lernen?
Fahrt alſo fleiſſig fort / ſteigt dem Herrn Vatter nach /
Ihr köndt bey hoher Schuhl / in Euerm Lehr-gemach /
Nach einem Ehrenkrantz bey gutem Friden trachten /
Wie ſonſt Herr General im Feld bey manchen Schlachten /
Mit rhum längſt hat erlangt: Euch iſt noch nichts verſagt;
Darumb nur friſch daran / vnnd auff gut Glück gewagt!
Ihr müßt zwahr jetzund auch von Bündnuß heftig ſtreiten /
Doch ligt gar nichts daran / Ihr köndt zugleich erbeuten
Ein jmmerwärend Lob / deß Vatters Huld vnd Gunſt /
Wann er verſpühren würdt / das Tugendt mit der Kunſt /
Gleich als in einen Bund bey Euch ſich laſſen finden /
Würdt ſich das Vatter-hertz noch mehr mit Euch verbinden.
Wohl Euch / das Ihr es ſetzt durch diſen Freundes-ſtreit /
Vnd ſüſſen Bündenus-kampff in die zufridenheit?

Auß Dienſt-freundelicher zuneigung
geſchriben
von
J. V. P. P.

III.

ARdua Materies, Generoſæ Mentis Acumen,
Arguit, hoc facto quod Gotofrede doces,
Fœdera dum tractas, quæ terſâ indagine rerum,
Vel Pro, vel Contra, Doctior Orbis habet;
Præſertim hæc fallax ætas; Præſentia laudat,
Fœdera, perplexâ pro ratione ſtatus,

 Sanior,

Sanior, haud dubito, tecum ſententia ſurget,
Fœdera Conſilio quod moderanda Dei.
Macte Animo, his Auſis, hinc Arte & Marte Paterni
Numinis auxilio, Nominis Omen habes!

M. Johann. Georgius Waltz.
Paſtor Rudersbergæ.

IV.

NUn ſchwinge dich wacker Herr Bruder hervor/
Es ſtehet nun offen das Herrliche Thor
Der Tugend/ deß Preiſes/ deß Glückes/ der Ehre:
Mit dieſem Ruhm deine Voreltern vermehre.
Diß ſezt den Herrn Vatter/ Frau Mutter/ die beide/
So bald ſie es ſehen in gröſſeſte Freude.
Ich wünſche ſo mancherlei Seegen darauff
Und ferneren Fortgang in völligem Lauff.
So weit ſich dein Eyfer-geiſt höher erſtreckt/
Und meinen das ſchwache Vermögen bedeckt/
So gönn Ich gar gerne dier daß du vergeheſt/
Und eher als Ich bey der Ehrenpfort ſteheſt:
Zwar will ich auch müglichſte Sorgen anwenden/
Damit ich noch könte daſelbſten anlenden.
Ach halte! nein Lauffe und komme zum Ziel
Ich folge/ wans mein Gott bekräfftigen will.

Seinem Herrn Vettern und Bruder/
zu ſchuldigen ehren auffgeſezt/

von

Ernſt Albrecht vom Vohenſtein.

Will

V.

WIll ſich auch Herꝛ Holtz erkühnen
Als ein weiſer Muſen-Sohn.
Will Er gleich ein Ampt bedienen
Auff dem hohen Helicon?
Pallaß briche Palmen-Zweige/
Vnd dein Schuldigkeit erzeige.
Wer in dieſen eitlen Zeiten
Suchet waß vnſterblich iſt/
Kan auß Büchern jhm erbeuten
Kunſt / die keine Zeit auffrißt
Kunſt die kan in dieſem Leben
Vnſrem Sinn was Göttlichs geben,
Was in Gold wirdt eingefaſſet
Der ſonſt koſtbar Demantſtein /
Alß das er viel ſchöner laſſet
Als wann er blos giebt den ſchein/
Alſo glänzet hoher ſtammen
Vnd gelärt ſein auch zuſammen.
Wann deß Titans Guldne-Stralen
Dieſe weiſe Rund begränzt
Wann der Febe Sylber-Pralen
Vns die finſter Nacht beglänzt /
Dann ſo kan die Tags-zeit prangen /
Vnd die Nacht den Tag empfangen:
So kan man auch billich ſagen
Von dem Adel vnd der Kunſt/
Wann Sie ſich zuſammen tragen /
Wan ſie ſeyn in gleicher brunſt/
Kunſt die ſey bey Edlem ſtammen
Was bey Tag der Sonnen flammen.
Dieſes hat mit fleiß betrachtet
Herꝛ vom HOLZ der mit begiehr
Stets die Bücher hoch geachtet
Als deß Adels höchſte Zier/

Jeder

Jeder muß Jhn mit mir loben
Wer Heut höret ſeine Proben.
Wann der groſſſe Held erfähret
Wie ſein einig lieber Sohn /
Sich in Büchern ſo genehret/
Das mann jhm nochſagt zum Lohn /
Das Er mit gelährten/Leuten
Sich gewaget hab in ſtreiten /
Dieſes wirdt jhm mehr belieben /
Als wann mann herſagt vom Feld /
Wie Er ſeinen Feind getrieben
Als ein ſtarcker Krieges-held /
Das Er manchen Ruhm heim tragen /
Das die nach Welt lang wird ſagen /
Dann das iſt daß hier auff Erden
Vnſre Eltern nach ergötzt,
Wann ſie was betaget werden
Vnd die Jahr ſchon abgewetzt /
Daß nach bleeben ſolche Erben
Die nach Jhm Lob erwerben.
Nun Glückzu zu dem beginnen /
Sein Gemüht das werd erleucht /
Das Er möge lieb gewinnen
Ferner / was Jhn jetz bereicht /
So das Stammen Kunſt vnd Tugend
Gläntze mit der edlen Jugend /
Billich iſt es hoch zupreiſen
Das Er heuten uns begint
Klar vnd offenbahr zuweiſen
Was Er lang hat ausgeſint
Wol dem der deß fleißes früchte
Dörff vertrawen dem Gerichte.

Dieſes geringe ſetzet mit eilender Feder/
zu bezeugung ſeiner Schuldigkeit.
SilviuS.

 324.

ERR Gottfridt wollen wir / dan einmahl die erfrewen/
Die Ihre lebensZeit / durch ſeine Ehr ernewen:
Den ſein Herr Vatter iſt / wie Er wol ſelbſten weiß /
In dieſen Sorgen ſtets / das Er durch ſeinen fleiß
Kunſt vnd Tugend mög in jungen Frühlings Jahren
reiffen / wie Er auch in ſolcher Zeit erfahren.
Er ſtelle nur vor ſich das Väterliche Bildt /
Vnd ſeiner Thaten Rhum: den rechten ehren Schildt.
as hat Er nicht gethan? was hat Er nicht geleſen/
auch ein Bügel noch / darinn Er nicht geweſen
In gantzen Teutſchenland? vnd andere Königreich /
Sampt jhren gantzen Staat / iſt jhm im Kopff zugleich
das Rom vnd Græcien vnd aller Länder wiſſen /
on jhrem Anfang her / darauff iſt Er befliſſen.
Diß iſt das ſchlechſte noch / was er geleſen hat:
Er ſehe ſeine Fauſt / vnd ſeine tapffre That
Wan es zu wenig iſt / in ſo viel groſſen Schlachten
Der Feinde Heeres macht / mit groſſem muth nichts achten.
So ſag man mir / Ich bitt / wo iſt dan der Soldat /
Er ſey der höchſte gleich / der diß erfahren hat?
Nun ware dieſes nur in ſeiner grünen Jugendt
Die Prob der Tapfferkeit/ das Beyſpil ſeiner Tugendt/
Die Tugendt noch nicht ſelbſt/ biß das die EHRE kam
Vnd baldt für jhren Sohn den wahren Lohn einahm:
Den das Er in dem Feld vor andern Hoch erhoben /
Iſt nicht geſchehn durch Gunſt/ durch Geldt/ durch Freunde loben:
Ja wen der Neidt gekönt / er hett Ihm dieſe Cron
Vom Haupt hinweg geſtreifft / für ſeiner mühe Lohn.
So geht es! wer wol ficht / vnd GOtt darbey verkämpffet /
Der macht/ das Haß vnd Neidt vnd widerwill gedämpffet
In ſeinem Lager bleibt / vnd ſolten Tauſend ſein
Die die verhindernuß darthun mit vollem ſchein.
Er iſt der Lehre nach bey ſeinem Feind geſtigen /
Dem Kriege nach ſein Freund. Iſt das nicht groß genügen?

 Wo

Wo man ſonſt hindern pflegt / da kompt Er recht empor /
Vnd wird / trutz allem Neidt / gezogen andern vor.
Diß hat doch nicht gemacht / das Er durch ſolche Ehr /
Verlaſſen hat das Liecht der Warheit / vnd die Lehr
Die Er ſo ſtarck bekennt / ſo ritterlich beſtreitt
Vnd annoch feſte helt / als an der beſten Beutt.
Das Hertz macht nicht allein Rhumwürdig ſein in kriegen /
Es muß die wiſſenſchafft hierinnen oben ligen:
Der muß zu Hauß / im Feldt / wie auch in allem fall
Mit klugheit ſein gefaſt / wer da iſt General.
Nun ſehet jhr Herr HOLtz / den Herren Vatter ſitzen
Auff dem Rondell deß Glücks / vnd höchſten Ehrn ſpitzen.
Er iſt deß Adels Zierd / die gantze Ritterſchafft
Begierig vnd mit fleiß auff ſeinem räthen hafft.
Er iſt deß Landes Rath / vnd ohne allen Tadell
Ein alter redlicher vnd tapfferer von Adell:
Wir wüſſen das Er iſt Ihr Durchleucht gantzes hertz
Ein tugendt-liecht im Fried / in kriegen eine Kertz.
Jedoch was ſag Ich viel / der Ich ſoll billich ſchweigen /
Weill meine Wörter nicht den Thaten zuvergleichen?
Ich hab nur diß geſagt / das Ich Euch ferner ſterck
Gantz fleißig nachzugehn dem Vätterlichen werck.
Wir ſetzen dis beyſeit / vnd wollen ferner kommen
Zu der Fraw Mutter hin. Ihr habt ja ſelbſt vernohmen
Vnd auch offt angehört / wie mancher Officier
Vor jhr erſtaunet iſt / wie mancher Cavallier
Deß trefflichen Verſtandts / der klugheit reichen Schätzen;
Darüber ſich offt ſelbſt die Weißheit mußt entſetzen /
Nahm diſer nur in acht / der auch der Klügſte war
Die andre förchten ſich / die andre Klugheit ſchaar.
Wie manch verſtendiger / der ſeinen Feind beſchlagen
Mit Liſt vnd mit Vernunfft / hat Lehr davon getragen /
Wan Er die Ehr gehabt / durch ſein Beſcheidenheit
Ihr Rede anzuhören nur eine kleine Zeit.

Wo

Wo ſich kein Hochmuth findt / vnd Großmuth iſt vermählet
Mit allen Tugenden / da iſt man faſt entſeelet
Durch die verwunderung. Ich gantz verſtarret ſteh
Wan Ich die kluge Seel auß jhrem Glantz anſeh.
Ey iſt das ſolcher Stamm / wie wirds ſeyn mit den Zweigen
Die jhrer Bäumen arth mit gleichen arthen gleichen.
Was von dem guten Stamm vnd guten Wurtzelln iſt
Das wurtzelt auch guth ein / vnd endlich gut erſpriſt.
Wir haben nie geſehn / das einen Kautz gezeuget
Was von dem Adler kompt / der zu der Sonnen ſteiget/
Kein Löw hatt niemahl nicht ein Dachſen vorgebracht:
Kein Sonne finſternus: kein Liecht die finſtre Nacht.
So iſt es auch allhier / Ihr ſeydt Herr Holtz gebohren
Von ſolchen Eltren her. Er wird nicht ſein verlohren
Der Edle Tugend-Saam / Ihr haltet feſt darob
Vnd gebet vns anheut die erſte folgungs Prob.
Wie fein wie recht gethan! fahrt fort in ſolchen ſchrancken
Ohn rechts vnd linckes gehen / mit Edelen gedancken/
Steigt ſo den Berg hinauff an dieſes hohe Ort
Wo der Herr Vatter ſitzt / zur rechten Ehren Pfort /
Wo die Fraw Mutter iſt / in gleichem Rhum darneben /
Ich will Euch Hülffe thun / vnd möglichſt ferner heben/
Seht wie deß Vatters Hertz vnd der Fraw Mutter lacht/
Wan ſie Euch ſteigen ſehn das Ihr nach Tugend tracht.

Dieſes verfertigte auß wolmeinendem
Gemüth/ ſeinem Hochgeehrten vnd
ſehr wehrten Junckern.

Johann Jacob Demon.

E N D E.